EUTROPII HISTORIÆ ROMANÆ BREVIARIUM:

OR, AN

ABRIDGEMENT

OF THE

ROMAN HISTORY,

BY

EUTROPIUS.

With the following Improvements:

I. The Words of the Author are placed in their Grammatical Order, in the lower part of the Page.
II. In the Order of Conſtruction, ever Word of more than two Syllables is marked with an Accent, directing the Pronunciation.
III. A Geographical Index, giving an Account of the Places mentioned in the Author.
IV. An Alphabetical Vocabulary of the Words in the Author, ſhewing their Parts of Speech and Signification.
V. The Themes of Verbs, with their Government.

For the Uſe of SCHOOLS.

By *JOHN STIRLING*, D.D.

Vicar of Great Gaddeſden, in Hertfordſhire; and Chaplain to his Grace the Duke of GORDON.

THE EIGHTH EDITION.

LONDON PRINTED,

With his Majeſty's Royal Licence and Privilege,

FOR T. LONGMAN; B. LAW; G. G. AND J. ROBINSON; R. BALDWIN; S. HAYES; J. SCATCHERD, AND J. D. PIGUENIT.

Price Three Shillings and Sixpence.

1797.

BRITISH MUSEUM

12 p sut. f

PREFACE.

IN *pursuance of my Design of going through all the* Classicks *in this new Method, I now offer* Eutropius *to the Publick, being a Book almost universally read in* Grammar Schools; *and soon put into the hands of Youth, both by those Masters, who teach only* Prose Authors *for some Years together, without intermixing the Poets; and by those who use both Kinds in the daily course of Study.*

However, I easily foresee two Objections against it in this dress; namely, that the Book is easy of itself; and, next, that it is already published with a Literal Translation.

The former will have little weight, when it is considered, that even an easy Book, being rendered still easier, especially to Children, can never be thought a fault, except by those, who envy Youth such advantages; and would needs have them trace the same rough, tedious, and intricate paths of Grammatical Learning *which themselves have heavily trod.*

Besides, the Latin Language, *which is of so peculiar a Genius, both on account of the cross Disposition of the words, and the vast variety of their Changes and Inflections, after all endeavours to facilitate it, will, upon trial, be found difficult enough to any, who purpose to make considerable improvements in it.*

But if both these arguments wanted force enough, yet the very consideration of shortening the Time, that must unavoidably be spent in reading an author judiciously without the best helps, might be sufficient to bring them into reputation and Use; because, as Languages *are only preparatives to, and as it were, doors to Sciences, there is very great need, that* Youth *be soon qualified to study the knowledge of Arts and Sciences, and* Things *themselves, and not remain employed, till they become men, in adjusting the* Quantity *of* Letters *and* Syllables, *weighing the* Cadences *of Words, and canvassing their several* Properties. *For even* Nature *and the different parts we are to act in the several stages of Life, have sparingly measured out the Season of Youth merely for the Study of* Languages: *and to carry it beyond that fixed boundary, is to break in upon the* Man, *and make the Business of a* School-boy *exclude the more weighty Offices we owe to ourselves and Mankind.*

The other Objection is indeed very strong, yet not altogether unsurmountable. I very much approve and encourge Translations *both* Literal

teral *and* Free: *the one, becauſe it helps the Student to the plain ſenſe and meaning of an Author without loſs of time, or interruption to the mind in the Thread and Connection of the* Hiſtory, *and ſtocks the Memory with great variety of* Latin Vocables, *and their native ſignification: the other, becauſe it riſes to, and maintains the true ſpirit and Dignity of the* Engliſh, *which will ſerve as an excellent Pattern of Imitation to the Scholar, when he attempts a better* Stile; *both which are very neceſſary to a right underſtanding of the two* Languages.

But then, what Literal Tranſlations are uſed in Schools at preſent are either ſuch, as by following the Idiom *of the* Latin *too cloſe, the Tranſlators have corrupted the* Engliſh; *or, by preſerving that, have deviated too widely from the* Genius *of the other. The firſt kind ought to be carefully kept from the youth; and the other propoſes too mechanical a way of acquiring a* Language.

I am, beſides, perſuaded, that Tyros *in the* Latin *can be very little aſſiſted, even by* Literal Tranſlations, *if the Words of the* Original *are not reduced in the order of* Conſtruction *to correſpond with the* Verſion; *except they be ſuppoſed already to know what even that deſigned to inſtruct them in; namely, the right ranging of the Words and their ſignification: indeed if theſe Points are gained before-hand, the uſe of the* Tranſlation *immediately ceaſes. And, indeed, we have not a more certain nor ready* Criterion, *by which we can know the Nature of any Words of a* Foreign Language, *and of what* Claſs *they are in the Parts of* Speech, *than by their Signification; for thereby they eaſily diſtinguiſh* Nouns, Verbs, *and other* Parts *from one another; diſcover their* Caſes, Moods, *and other* Accidents, *with their fitneſs to be joined in* Speech *by the* Rules *of* Concord *and* Government: *So that the very knowledge of the Words, and their Signification, will direct to the right ordering them in ſenſe: whereas if both are to be learned by the help of ſuch a* Tranſlation, *except in the Manner above-mentioned, the Taſk will prove ſomewhat difficult. Moreover, in order to be in any degree benefited by it, the Scholar muſt be ſuppoſed to know the Variation of Words, the* Caſes *of* Nouns *and* Pronouns, *and the* Moods *and* Tenſes *of* Verbs, *before he can reduce them regularly into* Conſtruction; *but placing the Words of the* Original *in the ſame* order *with the* Engliſh Verſion, *it would be of double the ſervice to* Youth, *and remove all difficulties out of their way.*

As it is eaſy to diſcern the Driſt of this argument, and where the principal ſtreſs is laid, I ſhall not, at preſent, diſcuſs it further, eſpecially here, where my intended brevity will not permit me; but proceed to propoſe a method of uſing the Book, *which will not only effectually anſwer all the ends of a* Literal Tranſlation, *but ſeveral others not ſo much as aimed at by it: And this is as follows:*

Let the Scholar be firſt entered into the Vocabulary, *and commit it ſo exactly to memory, as to be able readily to give the ſignification of every*

Latin *word, when the* Engliſh *is under cover, and contrarywiſe: Next, let him be perfectly well acquainted with the* Themes *of the* Verbs, *upon which very much depends: Then let him be abſolutely Maſter of the* Signs *of the* Caſes *of* Nouns *and* Pronouns, *and of the* Moods *and* Tenſes *of* Verbs *in our* Language, *which are but few. If to theſe we add ſome ſkill in the variations of the declinable* Parts *of* Speech, *he will be well furniſhed and prepared to make a* Literal Tranſlation *of his own; from which, I am certain, he will reap much greater improvement than from another's. This will fix his Mind in deep attention to the ſubject; put his knowledge of all the parts of* Grammar *in practice; make him judge for himſelf of the difference of* Idioms *in the two* Languages; *impreſs the* Original *in the memory, ſo as to form his* Stile *in writing or ſpeaking the Latin; and alſo rightly ſpell and write the* Engliſh *according to* Rules.

The Language, *it is confeſſed, will neither be ſmooth nor polite, becauſe that is not intended; but muſt be true, from having a ſtrict regard to purity and agreeableneſs to the* Rules *of* Syntax. *And to file off the roughneſs of their own* Stile, *and ſet off the ſame* Subject *in a better dreſs, they ought next to have the Uſe of* Free Tranſlations *of the* Author, *wherein the Propriety, Elegance, and Beauty of the* Engliſh Tongue *is preſerved throughout, for a Pattern to their imitation. This will alſo do one remarkable piece of juſtice in the management of the Schools; namely, that thereby every Boy will be put upon the footing of his own Abilities: Thoſe that are of a more ſprightly and forward* Genius, *and of greater diligence, will have no ſtop put to their ambition of aſpiring to a higher* Claſs; *and ſuch as are leſs acute and tardy in their application, cannot go beyond the bounds of their attainments and qualifications for ſuch a taſk. How many good purpoſes this method will anſwer, and eſpecially how much it will facilitate the knowledge of writing Exerciſes from* Engliſh *into* Latin, *can only be found by experiment.*

If Youth, after ſome time in the morning allotted to the ſtudy of Grammar, *are employed the whole day at School under the eye and aſſiſtance of the* Maſter, *in thus tranſlating their Leſſons, and writing Exerciſes at night, they will ſoon anſwer the expectations of their Parents, and likewiſe the credit and reputation of their Teachers.*

I need not trouble the Reader further with an account of the Improvements this Book has above any other Edition, *becauſe he may read them in the* Title-Page: *I judge only it would be of great ſervice to order* Youth *to write frequently Exerciſes out of the* Geographical Hiſtory, *which would become ſoon both a pleaſant and profitable taſk.*

Hatton-Garden, Oct. 1736.

DOMINO

DOMINO

VALENTI,

GOTHICO,

Maximo, Perpetuo, Augusto.

RES Romanas ex voluntate Manſuetudinis tuæ ab Urbe conditâ ad noſtram memoriam, quæ in negotiis, vel, bellicis, vel civilibus eminebant, per ordinem temporum brevi narratione collegi, ſtrictim additis etiam iis, quæ in Principum vitis egregia exſtiterunt; ut Tranquillitatis tuæ poſſit mens divina lætari, prius ſe illuſtrium virorum facta in adminiſtrando impero ſequutam, quam cognoſceret lectione.

ORDO.

Ex voluntate tuæ Manſuetúdinis, collégi, brevi narratióne per órdinem témporum, Romànas Res, quæ, ab urbe cónditâ ad noſtram memoriam, eminébant in negótiis, vel béllicis vel civílibus, étiam iis ádditis ſtrictim, quæ exſtitérunt egrégia in vitis príncipum; ut divína mens tuæ Tranquillitátis poſſit lætâri, ſe *eſſe* ſequútam facta illúſtrium virórum in adminiſtrándo império, priúſquam cognóſceret *ea* lectióne.

EUTROPII

LIBER PRIMUS.

1. ROMANUM imperium quo neque ab exordio ullum fere minus, neque incrementis toto orbe amplius, humana poteſt memoria recordari, a ROMULO exordium habuit; qui Veſtalis virginis filius, & (quantum putatur eſt) Martis, cum Remo fratre uno partu editus eſt. Is cum inter paſtores latrocinaretur, octodecim annos natus, urbem exiguam in Palatino monte conſtituit, xi Kal. Maii, Olympiadis ſextæ anno tertio, poſt Trojæ excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt, trecenteſimo nonageſimo quarto.

2. Condita civitate, quam ex nomine ſuo Romam vocavit, hæc fere egit. Multitudinem finitimorum in civitatem recepit: centum ex ſenioribus elegit; quorum conſilio omnia ageret: quos Senatores nominavit propter ſenectutem. Tunc, cum uxores ipſe & populus non haberent, invitavit ad ſpectaculum ludorum vicinas Urbi nationes; atque earum virgines rapuit. Commotis

ORDO.

1. Románum impérium, quo humána memória poteſt recordári ullum ferè, neque minus ab exórdio, neque ámplius increméntis toto orbe, habet exórdium a Romulo; qui fílius Veſtális virginis et Martis (quantum eſt putátus) eſt éditus uno partu cum fratre Remo. Cum is latrocinarétur inter paſtóres, natus octódecim annos, conſtítuit exíguam urbem in Palatíno monte, undécimo *ante* Caléndas Máii, tértio anno ſextæ Olympíadis, trecentéſimo nonagéſimo quarto poſt excídium Trojæ, ut *præferam eos* qui tradunt plúrimum minimúmque. 2. Cónditâ civitáte, quam vocávit Romam ex ſuo nomine, egit ferè hæc. Recépit multitudinem finitimórum in civitátem; elégit centum ex ſenióribus; quorum consílio ágeret ómnia; quos nominávit ſenatóres propter ſenectútem. Tunc, cúm ipſe et pópulus non habérent uxóres invitávit natiónes vicínas urbi ad ſpectáculum ludórum; atque rápuit earum vírgines. Bellis

motis propter raptarum injuriam, Cæninenſes vicit, Antemnates, Cruſtuminos, Sabinos, Fidenates, Vejentes: (Hæc omnia oppida Urbem cingunt.) Et cum orta ſubito tempeſtate non comparuiſſet, anno regni trigeſimo ſeptimo, ad deos transîſſe creditus, conſecratus eſt. Deinde Romæ per quinos dies Senatores imperaverunt; & his regnantibus, annus unus completus eſt.

3. Poſtea Numa Pompilius rex creatus eſt, qui bellum nullum quidem geſſit, ſed non minus civitati quam Romulus profuit. Nam & leges Romanis, moreſque conſtituit, qui conſuetudine prædiorum jam latrones ac ſemibarbari putabantur. Annum deſcripſit in X menſes, prius ſine aliqua computatione confuſum: & infinita Romæ ſacra ac templa conſtituit. Morbo deceſſit quadrageſimo tertio imperii anno.

4. Huic ſucceſſit Tullus Hoſtilius. Hic bella reparavit, Albanos vicit, qui ab urbe Roma XII milliario abſunt. Vejentes & Fidenates quorum alii ſexto milliario abſunt ab urbe Romana, alii octavo decimo, bello ſuperavit. Urbem ampliavit, adjecto Cælio monte. Cum triginta duobus annis regnâſſet, fulmine ictus, cum domo ſua arſit.

5. Poſt hunc Ancus Marcius, Numæ ex filia nepos, ſuſcepit imperium. Contra Latinos dimicavit: Aventinum montem Civitati adjecit, & Janiculum; Oſtiam civitatem ſupra mare ſexto decimo milliario ab urbe Roma condidit: vigeſimo quarto anno imperii morbo periit.

6. Deinde

ORDO.

commótis propter injúriam raptárum *virginum*, vicit Cæninénſes, Antemnátes, Cruſtumínos, Sabínos, Fidenátes, Vejéntes. (Omnia hæc óppida, cingunt urbem *Romam*.) Et cùm, tempeſtáte ortâ súbitó, non comparuíſſet, trigéſimo ſéptimo anno regni, créditus tranſiviſſe ad Deos, eſt conſecrátus. Deinde Senatóres imperaverunt Romæ per quinos dies; et his regnántibus unus annus eſt complétus. 3. Póſteà Numa Pompílius eſt creátus Rex, qui geſſit nullum bellum quidem, ſed non minùs prófuit civitáti quàm Rómulus. Nam conſtítuit et leges, moréſque Románis, qui jam putabántur latrónes ac ſemibárbari conſuetúdine prædiórum. Deſcripſit annum in decem menſes, priús confúſum ſine áliquâ computatióne: et conſtituit infinita ſacra Romæ, ac *multa* templa. Decéſſit morbo quadragéſimo tértio anno regni. 4. Tullus Hoſtílius ſuccéſſit huic. Hic reparávit bella, vicit Albános, qui abſunt duodecimo milliário ab urbe Romá. Superávit Vejéntes et Fidenátes bello, quorum álii abſunt ab Románâ urbe ſexto milliário, álii octávo décimo. Ampliávit urbem, monte Cœlio adjécto. Cùm regnavíſſet trigínta duòbus annis, ictus fúlmine, arſit cum ſuâ domo. 5. Poſt hunc Ancus Marcius, nepos Numæ ex filiâ, ſuſcépit impérium. Dimicávit contra Latinos: adjécit montem Aventínum et Jánículum civitati: cóndidit civitatem Oſtiam ſupra mare ſexto decimo milliário ab urbe Româ: perívit morbo vigéſimo quarto anno impérii.

6. Deinde

6. Deinde regnum Priſcus Tarquinius accepit. Hic numerum Senatorum duplicavit. Circum Romæ ædificavit: ludos Romanos inſtituit, qui ad noſtram memoriam permanent. Vicit idem etiam Sabinos; & non parum agrorum, ſublatum iiſdem, urbis Romæ territorio adjunxit; primuſque triumphans Urbem intravit: muros fecit, & cloacas; Capitolium inchoavit. Tricesimo octavo imperii anno per Anci filios occiſus eſt, regis ejus cui ipſe ſucceſſerat.

7. Poſt hunc Servius Tullius ſuſcepit imperium, genitus ex nobili fœmina, captiva tamen, & ancilla. Hic quoque Sabinos ſubegit: montes tres Quirinalem, Viminalem, Eſquilinum, Urbi adjunxit; foſſas circum murum duxit. Primus omnium cenſum ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sub eo Roma, omnibus in cenſum delatis, habuit capitum LXXXIV millia civium Romanorum cum his qui in agris erant. Occiſus eſt XLV. imperii anno, ſcelere generi ſui Tarquinii Superbi, filii ejus regis cui ipſe ſucceſſerat, et filiæ ſuæ, quam Tarquinius habebat uxorem.

8. Lucius Tarquinius Superbus, ſeptimus atque ultimus regum, Volſcos (quæ gens ad Campaniam euntibus non longe ab Urbe eſt) vicit; Gabios civitatem, & Sueſſam Pometiam ſubegit; cum Thuſcis pacem fecit; & templum Jovi in Capitolio ædificavit. Poſtea Ardeam oppugnans, in octavo decimo milliario ab urbe poſitam civitatem, imperium perdidit. Nam cum filius

ORDO.

6. Deinde Priſcus Tarquinius accepit regnum. Hic duplicavit numerum Senatorum; ædificavit Circum Romæ; inſtituit Romanos ludos, qui permanent ad noſtram memoriam. Idem etiam vicit Sabinos; et adjunxit non parum agrorum, ſublatum iiſdem, territorio urbis Romæ; primuſque intravit urbem triumphans: fecit muros et cloacas: inchoavit Capitolium. Tricesimo octavo anno imperii eſt occiſus per filios Anci, ejus regis cui ipſe ſucceſſerat. 7. Poſt hunc Servius Tullius ſuſcepit imperium, genitus ex nobili fœmina, tamen captiva et ancilla. Hic ſubegit Sabinos quoque: adjunxit tres montes, Quirinalem, Viminalem *et* Eſquilinum urbi, *et* duxit foſſas circum murum. Primus omnium ordinavit cenſum, qui adhuc erat incognitus per orbem terrarum. Sub eo, Roma, omnibus delatis in cenſum, habuit octoginta-quatuor millia capitum Romanorum civium, cum his qui erant in agris. Eſt occiſus quadrageſimo quinto anno imperii ſcelere ſui generi Tarquinii Superbi, filii ejus regis cui ipſe ſucceſſerat; et *item ſcelere* ſuæ filiæ quam Tarquinius habebat uxorem. 8. Lucius Tarquinius Superbus, ſeptimus atque ultimus regum, vicit Volſcos, quæ gens non eſt longe ab urbe euntibus ad Campaniam; ſubegit civitatem Gabios et Sueſſam Pometiam; fecit pacem cum Thuſcis; et ædificavit templum Jovi in Capitolio. Poſtea oppugnans Ardeam, civitatem poſitam in octavo-decimo milliario ab urbe, perdidit imperium. Nam cum ejus filius, *qui* et

filius ejus, & ipse Tarquinius junior, nobilissimi Collatini uxorem stuprâsset, eaque de injuria marito & patri & amicis questa fuisset, omnium conspectu se occidit; propter quam causam Brutus parens, & ipse Collatinus populum concitavit, & Tarquinio ademit imperium. Mox exercitus quoque cum, qui civitatem Ardeam cum ipso rege oppugnabat, reliquit, venienseque ad Urbem rex, portis clausis exclusus est. Cumque imperâsset annos viginti-quinque, cum uxore & liberis suis fugit.

Ita Romæ regnatum est per septem reges annis ducentis quadraginta tribus, cum adhuc Roma, ubi plurimum, vix usque ad quintum decimum milliarium, possideret.

9. Hinc Consules cœpere, pro uno rege, duo hâc causâ creari; ut, si unus malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coërceret. Et placuit, ne imperium longius quam annum haberent: ne per diuturnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, qui se post annum scirent futuros esse privatos: Fuerunt igitur anno primo, expulsis regibus, Consules, Lucius Junius Brutus, qui maxime egerat, ut Tarquinius pelleretur, & Tarquinius Collatinus, maritus Lucretiæ. Sed Tarquinio Collatino statim sublata dignitas est: Placuerat enim, ne quicquam in Urbe maneret, qui Tarquinius vocaretur. Ergo, accepto omni patrimonio suo, ex Urbe migravit; & loco ipsius factus est Valerius Publicola Consul. Commovit

ORDO.

ipse *ducebátur* Tarquínius júnior, stupraviſſet uxorem nobilíſſimi Collatíni eáque fuíſſet queſta de injúriâ, maríto et patri et amicis, occídit ſe in conſpéctu ómnium; propter quam cauſam; Brutus parens, et Collatinus ipſe concitávit pópulum, et adémit impérium Tarquínio. Mox exércitus quoque, qui oppugnábat civitátem Ardéam cum rege ipſo, reliquit eum, rexque vèniens ab urbem *Romam*, eſt exclúſus, portis clauſis. Cumque imperaviſſet viginti quinque annos, fugit cum uxore et ſuis liberis. Ita eſt regnátum Romæ per ſeptem reges ducèntis quadraginta tribus annis, cum adhuc Roma, ubi *hábuit* plúrimum *agri*, vix poſſidéret uſquè ad quintum decímum milliarium. 9. Hinc duo Cónſules cœpére creári pro uno rege hâc causâ; ut, ſi unus voluiſſet eſſe malus, alter, habens símilem poteſtátem, coercéret eum. Et plácuit ne habérent lóngius, quàm annum, impérium: ne redderéntur inſolentióres per diuturnitátem poteſtátis, ſed ſemper eſſent civiles, qui ſcirent ſe eſſe futúros privátos poſt annum: ígitur primo anno, régibus expúlſis, Cónſules fuérunt Lúcius Június Brutus, qui máximè égerat, ut Tarquínius pelleréţur, et Tarquínius Collatínus, marítus Lucrétiæ. Sed ſtatim dígnitas eſt ſubláta Tarquínio Collatíno: placúerat enim, ne quiſquam manéret in urbe, qui vocarétur Tarquínius. Ergo, omni ſuo património accépto, migravit ex urbe; et ipsíus loco Valérius Publícola eſt factus Conſul.

Commovit tamen bellum urbi Romanæ Rex Tarquinius, qui fuerat expulsus, &, collectis undique multis gentibus, ut in regnum posset restitui, dimicavit.

10. In prima pugna Brutus & Aruns Tarquinii filius invicem se occiderunt. Romani tamen ex ea pugna victores recesserunt. Brutum Romanæ matronæ defensorem pudicitiæ suæ, quasi communem patrem, per annum luxerunt. Valerius Publicola Spurium Lucretium Tricipitinum collegam sibi fecit, Lucretiæ patrem: quo morbo mortuo, iterum Horatium Pulvillum collegam sibi sumpsit. Ita primus annus quinque Consules habuit: cum Tarquinius Collatinus Urbe cessisset propter nomen, Brutus prælio periisset, Sp. Lucretius morbo mortuus esset.

11. Secundo quoque anno iterum Tarquinius, ut reciperetur in regnum, bellum Romanis intulit, auxilium ei ferente Porsena Thusciæ rege, & Romam pene cepit. Verum tum quoque victus est. Tertio anno post reges exactos, Tarquinius, cum suscipi non posset in regnum, neque ei Porsena, qui pacem cum Romanis fecerat, auxilium præstaret, Tusculum se contulit, quæ civitas, non longe ab Urbe est: atque ibi per quatuordecim annos privatus cum uxore perstenuit. Quarto anno post reges exactos, cum Sabini Romanis bellum intulissent, victi sunt; & de his est triumpharum. Quinto anno Lucius Valerius, ille Bruti collega, & quartum Consul, fataliter mortuus est, adeo pauper, ut, collatis a populo nummis, sumptum habuerit sepulturæ, quem

ORDO.

Tamen Rex Tarquinius, qui fuerat expulsus, commovit bellum Romanæ urbi, et multis gentibus undique collectis, dimicavit, ut posset restitui in regnum. 10. In primâ pugnâ Brutus et Aruns filius Tarquinii occidérunt se invicem. Tamen Romani recessérunt victores ex eâ pugnâ. Romanæ matronæ luxérunt Brutum defensórem suæ pudicitiæ, quasi communem patrem, per annum. Valérius Publicola fecit Spúrium Lucrétium Tricipitinum, patrem Lucrétiæ, collégam sibi. Ita primus annus habuit quinque Cónsules: Cum Tarquinius Collatinus cessísset urbe propter nomen, Brutus perivísset prælio, *et* Spúrius Lucretius esset mortuus morbo. 11. Secúndo anno quoque, iterum Tarquinius intulit bellum Romanis, ut reciperétur in regnum, Porsenâ rege Thúsciæ ferénte auxílium ei, et pené cepit Romam. Verùm tum quoque est victus. Tértio anno post reges exactos, Tarquinius, cum non posset súscipi in regnum, neque Porsena, qui fécerat pacem cum Romanis, præstaret auxílium ei, contulit se Túsculum, quæ cívitas est non longè ab urbe: atque ibi per quatuórdecim annos privátus perstenuit cum uxóre. Quarto anno post reges exactos, cum Sabini intulíssent bellum Romanis, sunt victi; et est triumphátum de his. Quinto anno, Lúcius Valérius, ille colléga Bruti, et Consul quartum cit mórtuus fatáliter, adeó pauper, ut nummis collátis a populo, habúerit sumptum

matronæ, sicut Brutum, annum luxerunt.

13. Nono anno post reges exactos, cum gener Tarquinii, ad injuriam soceri vindicandam, ingentem collegisset exercitum, nova Romæ dignitas est creata, quæ Dictatura appellatur, major quam Consulatus. Eodem anno etiam Magister Equitum factus est, qui Dictatori obsequeretur. Neque quidquam similius potest dici, quam hujus imperii potestati, quam nunc tranquillitas vestra habet, maxime cum Augustus quoque Octavianus, de quo postea dicemus, et ante eum, Caius Cæsar, sub Dictaturæ nomine atque honore regnaverint. Dictator autem Romæ primus fuit Lartius; Magister Equitum primus, Spurius Cassius.

13. Sexto-decimo anno post reges exactos, seditionem populus Romæ fecit, tanquam à Senatu atque Consulibus premeretur. Tum & ipse sibi Tribunos Plebis, quasi proprios judices & defensores, creavit, per quos contra Senatum & Consules tutus esse posset.

14. Sequenti anno Volsci contra Romanos bellum reparaverunt: & victi acie, etiam Coriolos civitatem, quam habebant optimam, perdiderunt.

15. Octavo-decimo anno postquam reges ejecti erant, expulsus ex Urbe Quintius Marcius dux Romanorum, qui Coriolos ceperat Volscorum civitatem, ad ipsos Volscos contendit iratus, et auxilia contra Romanos accepit. Romanos sæpe vicit: usque ad quintum milliarum Urbis accessit, oppug-

ORDO.

sumptum sepultúræ, quem matrónæ luxérunt annum, sicut *luxérunt* Brutum. 12. Nono anno post reges exáctos, cúm gener Tarquínii collegísset ingéntem exercítum, ad vindicándam injúriam sóceri, nova dignitas est creáta Romæ, quæ appellátur Dictatúra, major quám Consulátus. Eodem anno étiam Magíster Equítum est factus, qui obsequerétur Dictatóri. Neque quidquam potest dici símilius huic potestáti impérii, quam nunc vestra tranquíllitas habet, quám antíqua Dictatúra, máxime cúm Augústus Octaviánus quoque, de quo dicémus postea, et, ante eum, Caius Cæsar, regnáverint sub nómine atque honóre Dictatúræ. Autem Lártius fuit primus Dictátor Romæ: Spúrius Cássius primus Magíster Equítum. 13. Sexto-décimo anno post reges exáctos, pópulus fecit seditiónem Romæ, tanquam premerétur à Senátu atque Consúlibus. Tum et ipse creávit Tribúnos plebis sibi, quási próprios júdices et defensóres, per quos posset esse tutus contra Senátum et Cónsules. 14. Sequénti anno Volsci reparavérunt bellum contra Romános: et victi ácie, perdidérunt étiam Coriólos, óptimam civitátem quam habébant. 15. Octávo-decimo anno postquam reges erant ejécti, Quíntius Március, dux Romanórum, qui céperat Coriólos civitátem Volscórum, expúlsus ex urbe *Româ*, irátus conténdit ad Volscos ipsos: et accépit auxília contra Romános. Sæpe vicit Romános; accessit usque ad quintum milliárium urbis, oppug-

oppugnaturus etiam patriam ſuam, legatis, qui pacem petebant, repudiatis, niſi ad eum mater Veturia & uxor Volumnia ex Urbe veniſſent: quarum fletu & deprecatione ſuperatus removit exercitum. Atque hic ſecundus poſt Tarquinium fuit, qui dux contra patriam ſuam eſſet.

16. Cæſone Fabio & Tito Virginio Conſulibus, trecenti nobiles homines, qui ex Fabia familia erant, contra Vejentes bellum ſoli ſuſceperunt, promittentes Senatui & Populo per ſe omne certamen implendum. Itaque profecti omnes nobiles, & qui ſinguli magnorum exercituum duces eſſe deberent, in prælio conciderunt. Unus omnino ſuperfuit ex tanta familia; qui propter ætatem puerilem duci non potuerat ad pugnam. Poſt hæc cenſus in Urbe habitus eſt; & inventa ſunt civium capitum cxix millia.

17. Sequenti anno, cum, in Algido monte, ab Urbe duodecimo ferme milliario, Romanus obſideretur exercitus, Lucius Quintius Cincinnatus Dictator eſt factus; qui agrum quatuor jugerum poſſidens, manibus ſuis colebat. Is, cum in opere, & arans eſſet inventus, ſudore deterſo togam prætextam accepit: & cæſis hoſtibus, liberavit exercitum.

18. Anno CCC & altero ab Urbe condita, imperium Conſulare ceſſavit, & pro duobus Conſulibus decem facti ſunt, qui ſummam poteſtatem haberent, Decemviri nominati. Sed cum primo anno bene egiſſent, ſecundo, unus ex iis, Appius Claudius, Virginii cujuſdam, qui honeſtis jam ſtipendiis contra Latinos in monte Algido militabat, filiam virginem corrumpere

ORDO.

oppugnatúrus étiam ſuam pátriam, repudiátis legátis, qui petébant pacem, niſi *ſua* mater Vetúria, et uxor Volúmnia veniſſent ad eum ex urbe, quarum fletu et deprecatióne ſuperátus remóvit exércitum. Atque hic fuit ſecúndus poſt Tarquínium, qui eſſet dux contra ſuam pátriam. 16. Cæſone Fabio et Tito Virgínio Conſúlibus, trecénti nóbiles hómines, qui érant ex Fábiâ famíliâ, ſoli ſuſcepérunt bellum contra Vejéntes, promitténtes Senátui et Pópulo omne certámen *eſſe* impléndum per ſe. Itaque omnes *hi* nóbiles profécti, et qui ſínguli debérent eſſe duces magnórum exercítuum, concidérunt in prælio. Unus omníno ſupérfuit ex tantá famíliâ; qui non potúerat duci ad pugnam propter puerílem ætatem. Poſt hæc cenſus eſt hábitus in urbe, et centum novémdecim míllia capitum cívium ſunt invénta. 17. Sequénti anno, cúm, in monte Algido, ferré duodecimo milliário ab urbe, Románus exércitus obſidérétur, Lúcius Quintius Cincinnátus eſt factus Dictátor: qui póſſidens agrum quatuor jugerum, colébat *eum* ſuis mánibus. Is, cúm eſſet invéntus in ópere et arans, detérſo ſudóre, accepit prætéxtam togam: et cæſis hóſtibus, liberavit exércitum. 18. Anno trecentèſimo et áltero ab urbe condita, Conſuláre impérium ceſſavit, et pro duóbus Conſulibus decem ſunt facti, qui habérent ſummam poteſtátem, nominati Decémviri. Sed cúm egíſſent béné primo anno, ſecúndo, unus ex iis, Appius Cláudius, vóluit cor-

corrumpere voluit: quam pater occîdit, ne ſtuprum à Decemviro ſuſtineret: & regreſſus ad milites, movit tumultum. Sublata eſt Decemviris poteſtas, ipſique damnati ſunt.

19. Anno trecenteſimo decimo quinto ab urbe condita, Fidenates contra Romanos rebellaverunt. Auxilium præſtabant his Vejentes, & rex Vejentium Tolumnius: quæ ambæ civitates tam vicinæ Urbi ſunt, ut Fidenæ vii, Vejentes xviii milliario abſint. Conjunxerunt ſe his & Volſci; ſed M. Emilio Dictatore, Lucio Quinto Cincinnato Magiſtro Equitum victi, etiam regem perdiderunt: Fidenæ captæ, & exciſæ. Poſt xx inde annos Vejentani rebellaverunt. Dictator contra ipſos miſſus eſt Furius Camillus; qui primum vicit eos acie mox etiam civitatem diu obſidens cepit, antiquiſſimam, Italiæque ditiſſimam. Poſt eam, cepit & Faliſcos, non minus nobilem civitatem. Sed commota eſt ei invidia, quaſi prædam male diviſiſſet; damnatuſque ob eam cauſam, & expulſus civitate eſt.

20. Statim Galli Senones ad Urbem venerunt; & victos Romanos xi milliario ab urbe Roma, apud flumen Alliam ſequuti, etiam urbem occupaverunt; neque defendi quidquam niſi Capitolium potuit: quod cum diu obſediſſent, & jam Romani fame laborarent, a Camillo, qui in vicina civitate exulabat, Gallis ſuperventum eſt, graviſſimeque victi ſunt; poſtea tamen, accepto etiam auro, ne Capitolium obſiderent,

ORDO.

rúmpere vírginem, filiam cujúſdam Virginii, qui jam militábat contra Latínos honéſtis ſtipéndiis in monte Algido: quam pater occídit, ne ſuſtinéret ſtuprum a Decémviro: et regreſſus ad milites, movít tumúltum. Potéſtas eſt ſublàta Decémviris, ipſíque ſunt damnáti. 19. Trecentéſimo décimo-quinto anno ab urbe conditâ, Fidenátes rebellavérunt contra Romanos. Vejéntes, et Tolúmnius rex Vejéntium, præſtabant auxílium his: ambæ quæ civitátes ſunt tam vicínæ urbi, ut Fidénæ abſint ſeptimo, Vejéntes octavo-décimo milliário. Et Volſci conjunxérunt ſe his: ſed victi Marco Æmílio dictatóre, Lúcio Quinto Cincinnáto magiſtro équitum, perdidérunt étiam regem: Fidénæ *ſunt* captæ et exciſæ. Poſt viginti annos indè, Vejentáni rebellavérunt. Fúrius Camíllus eſt miſſus dictátor contra ipſos; qui primúm vicit eos ácie; mox étiam diu óbſidens civitatem, cepit *eam*, antiquiſſimam ditiſſimamque Itáliæ. Poſt eam, cepit et Faliſcos, civitatem non minùs nóbilem. Sed invídia eſt commóta ei, quaſi malé diviſiſſet prædam: obque eam cauſam, eſt damnatus et expúlſus civitáte. 20. Statim Galli Senones venérunt ad urbem; et ſequúti Romanós victos undécimo milliário ab úrbe Româ, apud flumen Alliam, occupavérunt étiam urbem; neque quidquam niſi Capitólium pótuit defendi: Quod cúm obſediſſent diú, et jam Románi laborárent fame, eſt ſupervéntum Gallis a Camillo, qui exulabat in vicína civitáte, ſuntque victi graviſſimé; tamen póſtea receſſerunt, accépto etiam auró, ne obſidérent Capitólium:

derent, receſſerunt: ſed ſequutus eos Camillus, ita cecidit, ut & aurum, quod his datum fuerat, & omnia quæ ceperant militaria ſigna, revocaret. Ita tertium triumphans urbem ingreſſus eſt, & appellatus Secundus Romulus, quaſi et ipſe patriæ conditor.

ORDO.

Capitólium; Sed Camíllus ſequútus eos, ita cecídit, ut revocáret et aurum, quod fuerat datum his, et ómnia militária ſigna, quæ céperant. Ita tértium eſt ingréſſus urbem triúmphans, et appellatus ſecúndus Rómulus, quaſi et ipſe *eſſet* cónditor pátriæ.

LIBER SECUNDUS.

1. ANNO cccLxv ab urbe condita, poſt captam autem primo, dignitates mutatæ ſunt: & pro duobus Conſulibus facti Tribuni militares Conſulari poteſtate. Hinc jam cœpit Romana res creſcere. Nam Camillus eo anno Volſcorum civitatem, quæ per lxx annos bellum geſſerat, vicit, & Equorum urbem, & Sutrinorum: Atque omnes, deletis eorum exercitibus, occuparet: Et tres ſimul triumphos egit.

2. Titus etiam Quintius Cincinnatus Prænestinos, qui uſque ad urbis Romæ portas bello venerant, proſequutus, ad flumen Alliam vicit, & civitates, quæ ſub ipſis agebant, Romanis adjunxit: ipſum Prænestæ aggreſſus, in deditionem accepit: quæ omnia ab eo geſta ſunt viginti diebus, triumphuſque ipſi decretus.

3. Verum

ORDO.

1. Trecentéſimo ſexagéſimo quinto anno ab urbe cónditâ, autem primo poſt *eam* captam, dignitates ſunt mutátæ: et pro duobus Conſulibus Militáres Tribúni *ſunt* facti Conſulári poteſtáte. Jam hinc Romána res cœpit créſcere. Nam eo anno Camíllus vicit civitátem Volſcórum, quæ géſſerat bellum per ſeptuagínta annos, et urbem Æquorum et Sutrinórum: atque occupávit omnes, deletis eórum exercítibus: et egit tres triúmphos ſimul. 2. Etiam Titus Quintius Cincinnátus, proſequútus Prænestínos, qui vénerant bello uſquè ad portas urbis Romæ, vicit *eos* ad flumen Alliam: et adjúnxit civitátes, quæ ágébant ſub ipſis, Románis: aggréſſus Prænéſte ipſum, accépit in deditionem: ómnia quæ ſunt geſta ab eo viginti diébus, triúmphuſque *eſt* decrétus ipſi.

3. Verúm

3. Verum dignitas Tribunorum Militarium non diu perſeveravit. Nam poſt aliquantum nullos placuit fieri: & quadriennium ita in urbe fluxit: ut poteſtates ibi majores non eſſent. Reſumpſerunt tamen Tribuni Militares conſulari poteſtate iterum dignitatem, & triennio perſeveraverunt. Rurſus Conſules facti.

4. Lucio Genucio, et Quinto Servilio Conſulibus, mortuus eſt Camillus: honor ei ſecundus poſt Romulum delatus eſt.

4. Titus Quintius Dictator adverſus Gallos, qui in Italiam venerant, miſſus eſt. Hi ab urbe quarto milliario trans Anienem fluvium conſederant. Nobiliſſimus de Senatoribus Titus Manlius provocantem Gallum ad ſingulare certamen, congreſſus occidit, et ſublato torque aureo, colloque ſuo impoſito, in perpetuum Torquati ſibi et poſteris cognomen accepit. Galli fugati ſunt: mox per Caium Sulpicium Dictatorem etiam victi. Non multo poſt a Caio Marcio Thuſci victi ſunt; vii millia captivorum ex his in triumphum ducti.

6. Cenſus iterum habitus eſt. Et cum Latini, qui a Romanis ſubacti erant, milites præſtare nollent, ex Romanis tantum tirones lecti ſunt, factæque legiones decem, qui modus ſexaginta vel amplius armatorum millia efficiebat: parvis adhuc Romanis rebus, tanta tamen in re militari virtus erat. Quæ cum profectæ eſſent adverſus Gallos duce Lucio Furio Camillo, quidam ex Gallis, unum è Romanis, qui eſſet optimus, provocavit. Tum ſe

ORDO.

3. Verúm dignitas Militárium Tribunórum non perſeverávit diu. Nam poſt aliquántum *temporis* plácuit nullós fieri; et quadriénnium ita fluxit in urbe, ut non eſſent majóres poteſtátes ibi. Tamen Militáres Tribúni Conſulári poteſtáte reſumpſerúnt dignitátem íterum, et perſeveravérunt triénnio. Rurſus Cónſules *ſunt* facti. 4. Lúcio Genúcio, et Quinto Servílio Conſulibus, Camillus eſt mórtuus: ſecundus honor, poſt Rómulum, eſt delátus ei. 5. Titus Quíntius eſt miſſus Dictator adverſus Gallos, qui vénerant in Italiam. Hi conféderant quarto miliário ab urbe trans flúvium Anienem. Titus Manlius, nobiliſſimus de Senatóribus, congreſſus Gallum, provocántem ad ſingulâre certámen, occidit *eum*: et ſublâto aúreo torque, impoſitóque ſuo collo, accépit cognómen Torquáti ſibi et póſteris in perpétuum. Galli ſunt fugati: mox étiam victi per Cáium Sulpicium Dictatórem. Non multo *tempore* póſt Thuſci ſunt victi a Cáio Márcio; ſeptem míllia captivórum, i. e. *mille captivi* ex his *ſunt* ducti in triúmphum. 6. Cenſus íterum eſt hábitus. Et cúm Latini, qui erant ſubacti a Románis, nollent præſtáre mílites, tirónes ſunt lecti ex Románis tantúm, decémque legiónes factæ, qui modus efficiébat ſexagínta míllia armatorum vel ámpliús: Románis rebus adhuc parvis, tamen tanta erat virtus in militári re. Cúm quæ eſſent profectæ advérſus Gallos, Lúcio Fúrio Camíllo duce, quidam ex Gallis provocavit unum e Románis qui eſſet óptimus. Tum

Marcus

ſe Marcus Valerius Tribunus Militum obtulit: et cum proceſſiſſet armatus, corvus ei ſupra dextrum brachium ſedit, mox commiſſâ adverſus Gallum pugnâ, idem corvus alis et unguibus Galli oculos verberat, ne rectum poſſet aſpicere: ita ut a Tribuno Valerio interfectus, non ſolum victoriam ei, ſed etiam nomen dederit. Nam poſtea idem Corvinus eſt dictus, ac, propter hoc meritum, annorum trium et viginti Conſul eſt factus.

7. Latini, qui noluerant milites dare, hoc quoque a Romanis exigere cœperunt, ut unus Conſul ex eorum, alter ex Romanorum populo crearetur. Quod cum eſſet negatum, bellum contra eos ſuſceptum eſt, et ingenti pugna ſuperati ſunt: ac de his perdomitis triumphatum eſt. Statuæ Conſulibus ob meritum victoriæ in Roſtris poſitæ ſunt.

8. Jam Romani potentes eſſe cœperant; bellum enim in centeſimo et triceſimo fere milliario ab urbe apud Samnites gerebatur, qui medii ſunt inter Picenum, Campaniam, et Apuliam. Lucius Papirius Curſor cum honore Dictatoris ad id bellum profectus eſt, qui, cum Romam rediiſſet, Q. Fabio Maximo Magiſtro Equitum, quem apud exercitum reliquit, præcepit, ne ſe abſente pugnaret. Ille, occaſione reperta, feliciſſime dimicavit, et Samnites delevit, ob quam rem a Dictatore capitis damnatus, quòd ſe vetante pugnâſſet, ingenti favore militum & populi liberatus eſt: tantâ Papirio ſeditione commotâ, ut penè ipſe interficeretur.

9. Poſtea

ORDO.

Marcus Valérius Tribúnus Mílitum óbtulit ſe, et cum proceſſiſſet armátus, corvus ſedit ſupra dextrum brachium ei; mox pugnâ advérſus Gallum commíſsâ, idem corvus verberat óculos Galli alis et únguibus, ne poſſet aſpícere rectum: ita ut interféctus a Tribúno Valério, déderit non ſolúm victóriam ei, ſed étiam nomen. Nam poſteà idem eſt dictus Corvínus, ac, propter hoc méritum eſt factus Conſul trium et viginti annórum. 7. Latíni, qui nolúerant dare milites, cœpérunt exígere hoc quoque a Románis, ut unus Conſul crearétur ex *populo* eórum, alter ex pópulo Romanórum. Cùm quod eſſet negátum, bellum eſt ſuſcéptum contra eos, et ſunt ſuperáti ingénti pugnâ: ac eſt triumphátum de his perdómitis. Statuæ ſunt pófitæ in Roſtris Conſúlibus ob méritum victóriæ. 8. Jam Románi cœperant eſſe poténtes; enim in centéſimo feré et tricéſimo milliário ab urbe bellum gerebatur apud Samnítes, qui ſunt medii *populi* inter Picénum, Campániam et Apúliam. Lúcius Papírius Curſor eſt profectus ad id bellum cum honóre Dictatóris, qui, cúm rediviſſet Romam, præcepit Quinto Fábio Màximo Magíſtro Equitum quem relíquit apud exércitum, ne pugnáret ſe abſénte. Ille, repértâ occaſióne, dimicavit feliciſſimè, et delévit Samnites, ob quam rem damnatus capitis a Dictatóre, quod pugnaviſſet ſe vetánte, eſt liberátus ingénti favóre mílitum et pópuli; tantâ ſeditióne commotâ Papírio, ut ipſe penè interficerétur.

9. Poſtea

9. Postea Samnites, Romanos, Tito Veturio et Spurio Posthumio Consulibus, ingenti dedecore vicerunt, et sub jugum miserunt. Pax tamen a senatu et populo soluta est, quæ cum ipsis propter necessitatem facta fuerat. Postea Samnites victi sunt a L. Papirio Consule: septem millia eorum sub jugum missa. Papirius de Samnitibus triumphavit. Eo tempore Appius Claudius Censor aquam Claudiam induxit, et viam Appiam stravit. Samnites, reparato bello, Quintum Fabium Maximum vicerunt, tribus millibus occisis: postea cum pater ejus Fabius Maximus legatus datus fuisset, et Samnites vicit, et plurima eorum oppida cepit. Deinde Publius Cornelius Rufinus, Manius Curius Dentatus, ambo Consules, contra Samnites missi, ingentibus præliis eos confecere. Tum bellum cum Samnitibus per annos novem et quadraginta actum sustulerunt, neque ullus hostis fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem magis fatigaverit.

10. Interjectis aliquot annis, iterum se Gallorum copiæ contra Romanos Thuscis Samnitibusque junxerunt: sed cum Romam tenderent, a Cn. Cornelio Dolabella Consule deletæ sunt.

11. Eodem tempore Tarentinis, qui jam in ultima Italia sunt, bellum indictum est; quia legatis Romanorum injuriam fecissent. Hi Pyrrhum Epiri regem contra Romanos in auxilium popposcerunt, qui ex genere Achillis originem trahebat; is mox ad Italiam venit, tumque primum Romani cum transmarino hoste dimi-

ORDO.

9. Póstea Samnítes vicérunt Romános ingénti dedécore, Tito Vetúrio & Spúrio Posthúmio Consulibus, & miserunt *eos* sub jugum. Tamen pax est solúta a senátu et pópulo, quæ fúerat facta cum ipsis propter necessitátem. Póstea Samnítes sunt victi a Lúcio Papírio Cónsule: septem millia eórum *sunt* missa sub jugum. Papírius triumphávit de Samnitibus. Eo tempore Appius Claúdius Censor indúxit Claúdiam aquam, et stravit Appiam viam. Samnítes, reparáto bello, vicérunt Quintum Fábium Maximum, occísis tribus míllibus: póstea, cùm ejus Pater Fábius Máximus fuísset datus legátus, et vicit Samnítes, et cepit plurima óppida eórum. Deínde Públius Cornelius Rufínus, *et* Mánlius Cúrius Dentátus, ambo Cónsules, missi contra Samnítes, confecére eos ingéntibus præliis. Tum sustulérunt bellum actum cum Samnítibus per novem et quadragínta annos, neque fuit ullus hostis intra Itáliam, qui magis fatigáverit Románam virtutem. 10. Aliquot annis interjéctis, cópiæ Gallórum junxérunt se íterum Thuscis Samnitibúsque contra Romános: sed cùm ténderent Romam, sunt delétæ a Cneio Cornélio Dolabella Cónsule. 11. Eódem tempore bellum est indíctum Tarentinis, qui jam sunt in últimâ Itáliâ; quia fecíssent injúriam legátis Romanórum. Hi poposcérunt Pyrrhum regem Epíri in auxílium contra Romános, qui *Pyrrhus* trahébat orígínem ex génere Achíllis: mox is venit ad Italiam, tumque primùm Románi dimicavérunt cum transmaríno hoste.

Públius

dimicaverunt. Missus est contra eum Consul P. Valerius Lævinus: qui, cum exploratores Pyrrhi cepisset, jussit eos per castra duci, ostendique omnem exercitum, tumque dimitti, ut renunciarent Pyrrho, quæcunque a Romanis agerentur. Commissa mox pugna, cum jam Pyrrhus fugeret, elephantorum auxilio vicit, quos incognitos Romani expaverunt: sed nox prælio finem dedit. Lævinus tamen per noctem fugit; Pyrrhus Romanos mille octingentos cepit, eosque summo honore tractavit; occisos sepelivit. Quos cum adverto vulnere et truci vultu, etiam mortuos jacere vidisset, tulisse ad cœlum manus dicitur, cum hac voce; se totius orbis dominum esse potuisse, si tales sibi milites contigissent.

12. Postea Pyrrhus junctis sibi Samnitibus, Lucanis, Brutiisque, Romam perrexit, omnia ferro igneque vastavit, Campaniam depopulatus est, atque ad Prænestè venit, milliario ab urbe octavo-decimo. Mox terrore exercitus, qui eum cum Consule sequebatur, in Campaniam se recepit. Legati ad Pyrrhum de redimendis captivis missi, ab eo honorifice suscepti sunt; captivos sine pretio Romam misit. Unum ex legatis Romanorum Fabricium sic admiratus est, ut cum eum pauperem esse cognovisset, quarta parte regni promissa solicitare voluerit, ut ad se transiret; contemptusque a Fabricio est. Quare, cum Pyrrhus ingenti Romanorum admiratione teneretur, legatum misit, qui pacem æquis conditionibus peteret,

ORDO.

Públius Valerius Lævínus Consul est missus contra eum: qui, cùm cepísset exploratóres Pyrrhi, jussit eos duci per castra, omnémque exércitum osténdi, tumque dimítti, ut renunciárent Pyrrho, quæcúnque agerémtur a Romanis. Mox pugnâ commissâ, cúm jam Pyrrhus fúgeret, vicit auxílio elephantórum quos incognitos Románi expavêrunt: sed nox dedit finem prælio. Tamen Lævínus fugit per noctem; Pyrrhus cepit mille octingéntos Romanos, tractavitque eos summo honóre; sepelívit occísos. Quos cùm vidísset jacére étiam mortuos advérso vulnere et truci vultu, dicitur tulísse manus ad cœlum, cum hâc voce: se potuísse esse dóminum totíus orbis, si tales mílites contigíssent sibi. 12. Póstea Pyrrhus perréxit Romam, Samnítibus, Lucánis, Brutiísque junctis sibi, vastávit ómnia ferro ignêque, est depopulátus Campániam, atque venit ad Prænestè, octávo-décimo milliário ab urbe. Mox recépit se in Campániam terróre exércitus, qui sequebátur eum cum Cónsule. Legáti, missi ad Pyrrhum de rediméndis captívis, sunt susceptì honorificè ab eo; misit captívos Romam sine prétio. Sic est admirátus Fabrícium unum ex legátis Romanórum, ut cum cognovísset eum esse paúperem, volúerit solicitáre *eum*, promissâ quartâ parte regni, ut transíret ad se: estque contémptus a Fabrício. Quare, cùm Pyrrhus tenerétur ingénti admiratione Romanórum, misit legátum,

præcípuum

ret, præcipuum virum. Cineam nomine; ita ut Pyrrhus partem Italiæ, quam jam armis occupaverat, obtineret.

13. Pax displicuit; remandatumque Pyrrho a Senatu est, eum cum Romanis nisi ex Italia recessisset, pacem habere non posse. Tum Romani jusserunt captivos omnes, quos Pyrrhus reddiderat, infames haberi, qui se armis defendere potuissent; nec ante eos ad veterem statum reverti, quam sibi notorum hostium occisorum spolia retulissent. Ita legatus Pyrrhi reversus est: a quo cum quæreret Pyrrhus, qualem Romam comperisset, Cineas dixit, regum se patriam vidisse: scilicet tales illic esse omnes, qualis unus Pyrrhus apud Epirum et reliquam Græciam putaretur. Missi sunt contra Pyrrhum duces, P. Sulpicius et Decius Mus Consules. Certamine commisso, Pyrrhus vulneratus est, elephanti interfecti, xx millia cæsa hostium; & ex Romanis tantum quinque millia. Pyrrhus Tarentum fugatus.

14. Interjecto anno, contra Pyrrhum Fabricius est missus; qui prius inter legatos solicitari non potuerat, quarta parte regni promissa. Tum, cum vicina castra ipse & rex haberent, medicus Pyrrhi ad eum nocte venit, promittente veneno Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur; quem Fabricius vinctum reduci jussit ad dominum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus medicus spospondisset. Tum rex admirans eum, dixisse fertur: ille est Fabricius, qui

ORDO.

præcipuum virum, Cineam nomine, qui peteret pacem æquis conditionibus; ita ut Pyrrhus obtineret partem Italiæ quam jam occupaverat armis. 13. Pax displicuit; estque remandatum Pyrrho a Senatu, eum non posse habere pacem cum Romanis, nisi recessisset ex Italiâ. Tum Romani jusserunt omnes captivos, quos Pyrrhus reddiderat, haberi infames, qui potuissent defendere se armis; nec eos reverti ad veterem statum, antequam retulissent spolia notorum hostium occisorum sibi, i. e. *a se*. Ita legatus Pyrrhi est reversus: a quo cum Pyrrhus quæreret, qualem comperisset Romam Cineas dixit, se vidisse patriam regum: scilicet omnes illic esse tales, qualis Pyrrhus unus putaretur apud Epirum et reliquam Græciam. Publius Sulpicius et Decius Mus Consules sunt missi duces contra Pyrrhum. Certamine commisso, Pyrrhus est vulneratus, elephanti interfecti, viginti millia hostium cæsa; et tantum quinque millia ex Romanis. Pyrrhus *est* fugatus Tarentum. 14. Anno interjecto, Fabricius est missus contra Pyrrhum; qui prius inter legatos non potuerat solicitari, quartâ parte regni promissâ. Tum, cum ipse et rex haberent castra vicina, medicus Pyrrhi venit ad eum nocte, promittens *se* occisurum Pyrrhum veneno, si pollicerétur sibi aliquid; quem Fabricius jussit reduci vinctum ad dominum, dicique Pyrrho, quæ medicus spospondisset contra ejus caput. Tum rex admirans eum, fertur dixisse: ille est Fabricius, qui

qui difficilius ab honestate quam Sol à cursu suo averti potest. Tum rex in Siciliam profectus est, Fabricius, victis Samnitibus & Lucanis, triumphavit. Consules deinde, Manius Curius Dentatus, & Cornelius Lentulus, adversum Pyrrhum missi sunt, & Curius contra eum pugnavit: exercitum ejus cecidit; ipsum Tarentum fugavit, castra cepit. Ea die cæsa sunt hostium xxiii millia. Curius Dentatus in Consulatu triumphavit. Primus Romam elephantos quatuor duxit. Pyrrhus etiam a Tarento mox recessit, & apud Argos Græciæ civitatem occisus est.

15. Caio Fabricio Luscino, C. Caludio Cinna Consulibus, anno urbis conditæ cccclxi, Legati Alexandrini a Ptolemæo missi Romam venêre, & a Romanis amicitiam, quam petierant, obtinuerunt.

16. Quintio Gulone, C. Fabio Pictore Consulibus, Picentes bellum commovere; & ab insequentibus Consulibus, Publ. Sempronio, Appio Claudio victi sunt: et de his triumphatum est, Conditæ à Romanis civitates. Arminium in Gallia, & Beneventum in Samnio.

17. Marco Attilio Regulo, Lucio Junio Libone Consulibus, Salentinis in Apulia bellum indictum est: captique sunt cum civitate simul Brundusini, & de his triumphatum est.

18. Anno cccclxxvii, cum jam clarum urbis Romæ nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant. Ut igitur cognosceretur, quæ copiæ Romanorum essent, census est habitus; tum

ORDO.

qui potest avérti ab honestáte difficílius quám Sol à suo cursu. Tum rex est profectus in Sicíliam. Fabrícius triumphávit, victis Samnítibus, et Lucánis. Deínde Cónsules, Mánius Cúrius Dentatus et Cornelius Léntulus sunt missi advérsum Pyrrhum, et Cúrius pugnávit contra eum: cecídit ejus exércitum; fugávit ipsum Taréntum, *et* cepit castra. Eâ die vigínti-tria míllia hóstium sunt cæsa. Cúrius Dentátus triumphávit in Consulátu. Primus duxit quátuor elephantos Romam. Pyrrhus étiam mox recéssit a Taréntо, et est occísus apud Argos civitátem Græciæ. 15. Cáio Fabrício Luscíno, Cáio Claúdio Cinnâ Consúlibus, quadringentésimo sexagésimo primo anno urbis cónditæ, Alexandríni Legáti missi a Ptolemæo venêre Romam, et obtinuérunt a Románis amicítiam, quam petíverant. 16. Quintio Gulóne, Cáio Fábio Pictóre consúlibus, Picéntes commovêre bellum; et sunt victi ab insequéntibus Consúlibus, Públio Semprónio *et* Appio Claúdio: et est triumphátum de his. *Fuere* civitátes cónditæ a Romanis, Arminium in Gállia, et Benevéntum in Samnio. 17. Marco Attílio Régulo, Lucio Junio Libóne Consúlibus, bellum est indíctum Salentínis in Apúliâ: Brundusínique sunt capti símul cum civitáte, et est triumphátum de his. 18. Anno quadringentésimo septuagesimo septimo, cùm jam nomen urbis Romæ esset clarum, tamen arma non fúerant mota extra Itáliam. Igitur, ut cognoscerétur, quæ copiæ Romanórum essent, census est hábitus; tum

tum inventa ſunt civium capita ccxcii millia cccxxxiii, quanquam a condita urbe nunquam bella ceſſaſſent. Et contra Afros bellum ſuſceptum eſt primum, Appio Claudio & Quinto Fulvio Conſulibus. In Sicilia contra eos pugnatum eſt, & Appius Claudius de Afris & rege Siciliæ Hierone triumphavit.

19. Inſequente anno, Valerio Marco & Octacilio Conſulibus, in Sicilia a Romanis res magnæ geſtæ ſunt. Taurominitani, Catanenſes, & præterea quinquaginta civitates in fidem acceptæ ſunt. Tertio anno, in Sicilia contra Hieronem bellum paratum eſt. Is, cum omni Nobilitate Syracuſanorum, pacem a Romanis impetravit, deditque argenti talenta ducenta. Afri in Sicilia victi ſunt, & de his ſecundo Romæ triumphatum eſt.

Quinto anno belli Punici, quod contra Afros gerebatur, primum Romani, C. Duilio & Cn. Cornelio Aſinio Conſulibus in mari dimicaverunt, paratis navibus roſtratis, quas Liburnas vocant. Conſul Cornelius fraude deceptus eſt. Duilius, commiſſo prælio, Carthaginienſium ducem vicit, xxxi naves cepit, xiv merſit, viii millia hoſtium cepit, iii millia occidit; neque ulla victoria Romanis gratior fuit, quod invicti terra, jam etiam mari plurimum poſſent. C. Aquilio Floro, L. Scipione Conſulibus, Scipio Corſicam & Sardiniam vaſtavit, multa millia inde captivorum abduxit, triumphum egit.

21. Lucio

ORDO.

tum bis centum nonagínta míllia trecénta trigínta tria cápita cívium ſunt invénta, quanquam bella nunquam ceſſavíſſent ab urbe conditâ. Et primum bellum contra Afros eſt ſuſcéptum, Appio Claúdio et Quinto Fúlvio Conſulibus. Eſt pugnátum in Sicíliâ contra eos, et Appius Claúdius triumphavit de Afris et Hieróne rege Sicíliæ. 19. Anno inſequénte, Valério Marco et Octacílio Conſúlibus, magnæ res ſunt geſtæ a Románis in Siciliâ. Tauromínitáni, Catanénſes, et quinquaginta civitátes prætéreà ſunt accéptæ, in fidem. Tértio anno, bellum eſt paratum contra Hierónem in Sicíliâ. Is, cum omni nobilitáte Syracuſanórum, impetrávit pacem a Románis, dedítque ducénta tálenta argénti. Afri ſunt victi in Sicíliá, et eſt triumphatum ſecúndo Romæ de his. 20. Quinto anno Púnici belli, quod gerebátur contra Afros, Romani primúm dimicavérunt in mari, Cáio Duílio, et Cneio Cornélio Aſinio Conſúlibus, páratis roſtratis navibus, quas vocant Liburnas, Conſul Cornélius eſt decéptus fraude. Prælio commíſſo, Duílius vicit ducem Carthaginiénſium, cepit naves trigínta *et* unam, merſit quatuordecim, cepit octo míllia hoſtium, occídit tria millia: neque ulla victoria fuit grátior Románis, quód invícti terrâ, jam etiam poſſent plúrimum mari. Cáio Aquílio Floro. Lúcio Scipióne Conſúlibus, Scipio vaſtávit Corſicam et Sardíniam, abdúxit multa millia captivórum inde, *et* egit triúmphum.

21. Lúcio

21. Lucio Manlio Volſone, M. Attilio Conſulibus, bellum in Africam tranſlatum eſt contra Hamilcarem, Carthaginenſium ducem: in mari pugnatum, victuſque eſt. Nam perditis lxiv navibus, retro ſe recepit: Romani xxii amiſerunt: ſed cum in Africam tranſiiſſent, primùm Clypeam Africæ civitatem in deditionem acceperunt. Conſules uſque ad Carthaginem proceſſerunt, multiſque vaſtatis oppidis, Manlius victor Romam rediit, et xxvii millia captivorum reduxit. Attilius Regulus in Africa remanſit. Is contra Afros aciem inſtruxit, contra tres Carthaginenſium duces dimicans, victor fuit: xviii millia hoſtium cecîdit, quinque millia cum vii elephantis cepit, lxxiv civitates in fidem accepit. Tum victi Carthaginenſes pacem à Romanis petierunt quam cum Regulus nollent niſi duriſſimis conditionibus dare, Afri auxilium à Lacedæmoniis petierunt: & duce Xantippo, qui à Lacedæmoniis miſſus fuerat, Romanorum dux Regulus victus eſt ultima pernicie: nam duo millia hominum tantum ex omni Romano exercitu remanſerunt: quindecim millia cum imperatore Regulo capta ſunt, xxx millia occiſa, Regulus ipſe in catenas conjectus.

22. M. Æmilio Paulo, Serv. Fulvio Nobiliore Conſulibus, ambo Conſules Romani Africam profecti ſunt, cum trecentarum navium claſſe Clypeam petunt, & contra Carthaginenſes venerunt. Primùm Afros navali certamine ſuperant. Emilius Conſul centum et quatuor naves hoſtium demerſit,

ORDO.

21. Lúcio Mánlio Volſóne, Marco Attílio Conſúlibus, bellum eſt tranſlátum in Africam contra Hamilcárem, ducem Carthaginénſium: *eſt* pugnátum in mari, eſtque victus. Nam recépit ſe retrò, pérditis ſexagínta quátuor návibus: Románi amiſérunt vigínti duas; ſed cúm tranſiviſſent in Africam, accepérunt Clypeam primùm civitátem Africæ in deditiónem. Cónſules proceſſérunt uſquè ad Cartháginem, multíſque óppidis vaſtátis Mánlius redívit victor Romam, et redúxit vigínti ſeptem míllia captivórum. Attílius Régulus remánſit in Africâ. Is inſtrúxit áciem contra Afros, *et* dímicans contra tres duces Carthaginénſium, fuit victor; cecîdit octódecim míllia hóſtium, cepit quinque míllia cum octo elephántis, *et* accépit ſeptuagínta quátuor civitátes in fidem. Tum Carthaginénſes victi petivérunt pacem à Románis; quam cúm Régulus nollet dare, niſi duriſſimis conditiónibus, Afri petivérunt auxílium a Lacedæmóniis: et duce Xantíppo, qui fúerat miſſus à Lacedæmóniis. Régulus dux Romanórum eſt victus últimâ pernície; nam duo míllia hóminum tantúm ex omni Románo exércitu remanſérunt; quindecim míllia cum imperatóre Régulo ſunt capta, trigínta míllia occiſa, *et* Régulus ipſe conjectus in caténas. 22. Marco Æmílio Paulo, Sérvio Fúlvio Nobilióre Conſúlibus, ambo Románi Cónſules ſunt profécti Africam, petunt Clypeam cum claſſe trecentárum návium, et venérunt contra Carthaginénſes. Primúm ſúperant Afros naváli certámine. Æ-

 milius

merſit, triginta cum pugnatoribus cepit, quindecim millia hoſtium aut occidit, aut cepit, militem ſuum ingenti præda ditavit: Et ſubacta Africa tum fuiſſet, niſi tanta fames fuiſſet, ut diutius expectare exercitus non poſſet. Conſules, cum victrici claſſe redeuntes, circa Siciliam naufragium paſſi ſunt: et tanta tempeſtas fuit, ut ex quadringentis ſexaginta quatuor navibus, octoginta ſervari vix potuerint: neque ullo tempore tanta maritima tempeſtas audita eſt. Romani tamen ſtatim ducentas naves reparaverunt, neque in aliquo animus his infractus fuit.

23. Cnæus Servilius Cæpio et C. Sempronius Blæſus Conſules cum ducentis ſexaginta navibus ad Africam profecti ſunt, aliquot civitates ceperunt: prædam ingentem reducentes, naufragium paſſi ſunt. Itaque cum continuæ calamitates Romanis diſplicerent, decrevit ſenatus ut à maritimis præliis diſcederetur, et tantum ſexaginta naves ad præſidium Italiæ ſalvæ eſſent.

24. Lucio Cæcilio Metello, C. Furio Pacillo Conſulibus, Metellus in Sicilia Afrorum ducem cum cxxx elephantis, et magnis copiis venientem ſuperavit: xx millia hoſtium cecidit, ſex et viginti elephantos cepit, reliquos errantes per Numidas, quos in auxilium habebat, collegit, et Romam deduxit ingenti pompa, cum cxxx elephantorum numero omnia itinera compleret. Poſt hæc mala Carthaginenſes Regulum ducem, quem ceperant, petierunt, ut Romam proficiſceretur, et pacem à Romanis obtineret,

ORDO.

mílius Conſul demérſit céntum et quátuor naves hóſtium, cepit trigínta cum pugnatóribus, aut occídit aut cepit quíndecim míllia hóſtium, et ditávit ſuum mílitem ingénti præda: et tum Africa fuíſſet ſubácta, niſi fuíſſet tanta fames, ut exércitus non poſſet expectáre diútiùs. Cónſules, redeúntes cum victrici claſſe, ſunt paſſi naufrágium circa Siciliam: et fuit tanta tempéſtas, ut ex quadringéntis ſexagínta quátuor návibus, vix octogínta potúerint ſervári: neque ullo témpore eſt tanta marítima tempéſtas audíta. Tamen Románi ſtatim reparavérunt ducéntas naves, neque ánimus fuit infractus his in áliquo *reſpectu*. 23. Cnæus Servílius Cæpio et Caius Semprohius Blæſus Cónſules ſunt profécti ad Africam cum ducéntis ſexagínta návibus, *et* cepérunt áliquot civitátes: reducéntes ingéntem prædam, ſunt paſſi naufrágium. Itaque cùm continuæ calamitátes diſplicérent Románis Senátus decrévit, ut diſcederétur à marítimis præliis, et *ut* eſſent tantùm ſexagínta naves ad præsídium Itáliæ ſalvæ. 24. Lúcio Cæcílio Metéllo, Caio Fúrio Pacillo conſúlibus, Metéllus ſuperàvit ducem Afrórum in Sicíliâ, veniéntem cum centum trigínta elephántis, et magnis cópiis? cecídit vigínti míllia hoſtium, cepit ſex & vigínti elephántos, collégit réliquos errántes per Númidas, quos habébat in auxílium, et dedúxit *eos* Romam ingénti pompâ, *ut* compléret ómnia itinéra cum número centum trigínta elephantórum. Poſt hæc mala Carthaginénſes petivérunt

tineret, ac permutationem captivorum faceret.

25. Ille, Romam cum veniſſet, inductus in ſenatum, nihil quaſi Romanus egit: dixitque, ſe ex illa die, qua in poteſtatem Afrorum veniſſet, Romanum eſſe deſiviſſe. Itaque et uxorem à complexu removit, et Romanis ſuaſit, ne pax cum Pœnis fieret: illos enim, fractos tot caſibus, ſpem nullam habere, ſe tanti non eſſe, ut tot millia captivorum propter unum ſe, & ſenem, et paucos, qui ex Romanis capti fuerant, redderentur; itaque obtinuit. Nam Afros pacem petentes nullus admiſit: ipſe Carthaginem rediit; offerentibuſque Romanis, ut eum Romæ tenerent, negavit ſe in ea urbe manſurum, in qua poſtquam Afris ſervierat, dignitatem honeſti civis habere non poſſet. Regreſſus igitur ad Africam, omnibus ſuppliciis extinctus eſt.

26. P. Claudio Pulchro, C. Junio Conſulibus, Claudius contra auſpicia pugnavit, et à Carthaginenſibus victus eſt. Nam ex ducentis et viginti navibus, cum triginti fuit: xc cum pugnatoribus captæ ſunt, demerſæ cæteræ, viginti millia capta. Alius quoque Conſul claſſem naufragio amiſit, exercitum tamen ſalvum habuit; quia vicina littora erant.

27. Caio Luctatio Catulo, Aulo Poſthumio Albino Conſulibus, anno belli Punici xxiii, Catulo bellum contra Afros commiſſum eſt. Profectus eſt cum ccc navibus in Siciliam. Afri contra ipſum cccc paraverunt. Luctatius Catulus navem æger aſcendit: vul-

ORDO.

petivérunt Régulum *Románum* ducem, quem céperant, ut proficiſcerétur Romam, et obtinéret pacem à Románis, ac fáceret permutatiónem captivó rum. 25. Ille, cùm veníſſet Romam, indúctus in Senátum, egit nihil quaſi Románus; dixítque, ſe deſiviſſe eſſe Románum ex illâ die, quâ veníſſet in poteſtátem Afrórum. Itaque et recóvit uxorem a compléxu, et ſuaſit Románis, ne pax fíeret cum Pœnis: enim illos, fractos tot cáſibus, habere nullam ſpem, ſe non eſſe tanti *prétii* ut tot míllia captivórum redderéntur propter ſe unum, et ſenem, et paucos, qui fúerant capti ex Románis: itaque obtínuit. Nam nullus admíſit Afros peténtes pacem: ipſe redívit Cartháginem: negavítque Románis offeréntibus, ut tenéret eum Romæ, ſe manſúrum in eâ urbe, in quâ poſtquam ſervíverat Afris, non poſſet habére dignitátem honéſti civís. Igitur regréſſus ad Africam, eſt extínctus ómnibus ſuppliciis. 26. Públio Claúdio Pulchro, Caio Júnio conſúlibus, Claúdius pugnávit contra auſpícia, et eſt victus à Carthaginénſibus. Nam ex ducéntis et viginti návibus, fugit cum trigínta: Nonagínta ſunt captæ cum pugnatóribus, cæteræ demérſæ, vigínti míllia capta. Alíus Conſul amíſit cláſſem naufrágio quoque, tamen hábuit exércitum ſalvum: quia líttora erant vicína. 27. Caio Luctátio Cátulo, Aulo Poſthúmio Albíno Conſúlibus, vigéſimo tértio anno Púnici belli, bellum contra Afrós eſt commíſſum Catulo. Eſt profféctus cum trecéntis návibus in Siciliam. Afri paravérunt quadringéntas contra ipſum. Luctatius Cátulus æger aſcéndit

vulneratus enim in pugna superiore fuerat. Contra Lilybæum civitatem Siciliæ pugnatum est ingenti virtute Romanorum; nam lxxiii Carthaginensium naves captæ sunt, cxxv demersæ; xxxii millia hostium capta, xiii occisa; infinitum auri argentique pondus in potestatem Romanorum redactum. Ex classe Romana duodecim naves demersæ; pugnatum est vi. Idus Martias. Statim Carthaginenses pacem petierunt, tributaque iis pax. Captivi Romanorum, qui tenebantur à Carthaginensibus redditi sunt. Etiam Carthaginenses petierunt, ut redimi eos captivos liceret, quos ex Afris Romani tenebant. Senatus jussit sine pretio dari eos, qui in publica custodia essent; qui autem à privatis tenerentur, ut, pretio dominis reddito, Carthaginem rédirent; atque id pretium ex fisco magis, quàm à Carthaginensibus solveretur.

28. Quintus Luctatius, Aulus Manlius Consules creati bellum Falisci intulerunt: quæ civitas Italiæ opulenta quondam fuit: quod ambo Consules intra sex dies quam venerant, transegerunt, xv millibus hostium cæsis, cæteris pace concessâ, agro tamen ex medietate sublato.

ORDO.

ascéndit navem: enim fúerat vulnerátus in superióre pugnâ. Est pugnátum ingénti virtúte Romanórum contra Lilybæum civitátem Sicíliæ; nam septuagínta tres naves Carthaginénsium sunt captæ, centum vigínti quinque demérsæ; trigínta duo millia hóstium capta, trédecim occísa: infinítum pondus auri argentíque *est* redáctum in potestátem Romanórum. Ex Románâ classe duódecim naves *sunt* demérsæ; est pugnátum sexto *ante* Idus Martias. Statim Carthaginénses petivérunt pacem, paxque est tribúta iis. Captívi Romanórum, qui tenebántur a Carthaginénsibus, sunt rédditi. Etiam Carthaginénses petivérunt, ut licéret eos captivos rédimi, quos Románi tenébant ex Afris. Senátus jussit eos dari sine prétio, qui essent in publicâ custódiâ; autem qui teneréntur à privátis, ut redírent Cartháginem, prétio réddito dóminis; atque id prétium solverétur magis ex fisco, quàm à Carthaginénsibus. 28. Quintus Luctátius, *et* Aulus Mánlius creáti Cónsules intulérunt bellum Falíscis: quæ quondam fuit opulénta cívitas Itáliæ: quod *bellum* ambo Cónsules transegérunt íntra sex dies quàm vénerant, quíndecim míllibus hóstium cæsis, concéssa pace cæteris, tamen sublato agro ex medietáte.

LIBER TERTIUS.

1. FINITO igitur Punico bello, quod per xxiii annos contractum eſt, Romani, jam clariſſima gloria noti, legatos ad Ptolemæum Ægypti regem miſerunt, auxilia promittentes: quia rex Syriæ Antiochus ei bellum intulerat. Ille gratias Romanis egit, auxilia non accepit: jam enim fuerat pugna tranſacta. Eodem tempore potentiſſimus rex Siciliæ Hiero Romam venit ad ludos ſpectandos, & ducenta millia modiorum tritici populo dono dedit.

2. Lucio Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco Conſulibus, quibus Hiero Romam venerat, etiam contra Ligures intra Italiam bellum geſtum eſt, & de his triumphatum. Carthaginenſes tum bella reparare tentabant, Sardinienſes, qui ex conditione pacis Romanis parere debebant, ad rebellandum impellentes. Venit tamen legatio Carthaginenſium Romam, & pacem impetravit.

3. Tito Manlio Torquato, Caio Attilio Balbo Conſulibus, de Sardis triumphatum eſt: & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt, quod his poſt Romam conditam ſemel tantum,

ORDO.

1. Igitur finito Púnico bello, quod eſt contráctum per vigínti duos annos, Románi, jam noti claríſſimâ gloriâ, miſérunt legátos ad Ptolemæum regem Ægypti, promitténtes auxília: quia Antíochus, rex Syriæ, intúlerat bellum ei. Ille egit grátias Románis, *ſed* non accépit auxilia: enim jam pugna fúerat tranſácta. Eódem témpore Híero, potentiſſimus rex Sicíliæ, venit Romam ad ſpectándos ludos, et dedit ducénta míllia modiórum trítici populo dono. 2. Lúcio Cornélio Léntulo, *et* Fúlvio Flacco Conſúlibus, quibus Híero vénerat Romam, bellum eſt geſtum étiam contra Ligúres intra Itáliam, et *eſt* triumphátum de his. Tum Carthaginénſes tentábant reparáre bella, impelléntes Sardiniénſes, qui debébant parére Románis ex conditióne pacis, ad rebellándum. Tamen légátio Carthaginénſium venít Romam, et impetrávit pacem. 3. Tito Mánlio Torquato, et Caio Attílio Balbo Conſúlibus, eſt triumphátum de Sardis: et pace factâ ómnibus locis, Románi habuérunt nullum bellum, quod contígerat his tantùm ſemel poſt

tantum, Numa Pompilio regnante, contigerat.

4. Lucius Posthumius Albinus, Cnæus Fulvius Centumalus Consules, bellum contra Illyrios gesserunt: &, multis civitatibus captis, etiam reges in deditionem acceperunt. Tum primum de Illyriis triumphatum est.

5. Lucio Æmilio Consule, ingentes Gallorum copiæ Alpes transierunt: sed pro Romanis tota Italia consensit; traditumque est Fabio Historico, qui ei bello interfuit, DCCC millia hominum parata ad id bellum fuisse: sed res per Consules tantum prospere gesta est: XL millia hostium interfecta sunt, & triumphus Æmilio decretus.

6. Aliquot deinde annis, post, contra Gallos intra Italiam pugnatum est: finitumque est bellum Marco Claudio Marcello, Cnæo Cornelio Scipione Consulibus. Tunc Marcellus cum parva manu equitum dimicavit, & regem Gallorum, Viridomarum nomine, manu sua occidit. Postea, cum collega suo, ingentes copias Gallorum peremit: Mediolanum expugnavit: grandem prædam Romam pertulit: ac triumphans Marcellus spolia Galli, stipiti imposita, humeris suis vexit.

7. M. Minucio, P. Cornelio Consulibus, Istris bellum illatum est, quia latrocinati naves Romanorum fuerant, quæ frumenta exhibebant: perdomitique sunt omnes. Eodem anno, bellum Punicum secundum Romanis illatum est, per Annibalem, Carthaginensium ducem, qui Saguntum Hispaniæ civitatem, Romanis amicam, oppugnare aggressus

ORDO.

Romam cónditam, Numâ Pompilio regnante. 4. Lúcius Posthúmius Albínus, *et* Cnæus Fúlvius Centumálus Cónsules gessérunt bellum contra Illyrios: et, captis multis civitátibus, accepérunt étiam reges in deditiónem. Tum primúm est triumphátum de Illyriis. 5. Lúcio Æmílio Cónsule, ingéntes copiæ Gallórum transivérunt Alpes: sed tota Itália consénsit pro Románis; estque tráditum *à* Fábio Histórico, qui intérfuit ei bello, octingénta míllia hóminum fuísse paráta ad id bellum: sed res est gesta próspere per Cónsules tantùm; quadragínta míllia hóstium sunt interfecta, et triúmphus decrétus Æmilio. 6. Deínde aliquot annis póst, est pugnátum contra Gallos intra Itáliam: bellúmque est finítum, Marco Claúdio Marcéllo, *et* Cnæo Cornelio Scipióne Consúlibus. Tunc Marcéllus dimicávit cum parvá manu équitum, et occídit regem Gallórum, Viridomárum nomine, suâ manu. Póstea, cum suo collégâ, perémit ingéntes cópias Gallórum: expugnávit Mediolánum: pértulit grandem prædam Romam, ac Marcéllus triúmphans vexit spólia Galli, impósita stípiti, suis húmeris. 7. Múcio Minúcio, *et* Públio Cornelio Consúlibus, bellum est illátum Istris, quia fúerunt latrocináti naves Romanórum, quæ exhibébant fruménta: omnésque sunt perdómiti. Eodem anno, secúndum Púnicum bellum est illátum Románis, per Annibalem, ducem Carthaginénsium, qui est aggressus oppugnáre Sagúntum, civitátem Hispániæ, amícam Románis, agens

greſſus eſt, agens viceſimum ætatis annum; copiis congregatis cl millibus peditum, & xx millibus equitum. Huic Romani per legatos denuntiaverunt, ut bello abſtineret. Is legatos admittere noluit. Romani etiam Carthaginem miſerunt, ut mandaretur Annibali, ne bellum contra ſocios populi Romani gereret: ſed dura reſponſa à Carthaginenſibus reddita. Saguntini interea fame victi; captique ab Annibale, ultimis pœnis afficiuntur.

8. Tum Publius Cornelius Scipio cum exercitu in Hiſpaniam profectus eſt, Tiberius Sempronius in Siciliam: bellum Carthaginenſibus indictum eſt. Annibal, relicto in Hiſpania fratre Aſdrubale, Pyrenæum tranſit: Alpes, adhuc in ea parte invias, ſibi patefecit. Traditur, ad Italiam, lxxx millia peditum, & xx millia equitum, ſeptem et triginta elephantos adduxiſſe. Interea multi Ligures & Galli Annibali ſe junxerunt. Sempronius Gracchus, cognito ad Italiam Annibalis adventu, è Sicilia exercitum Ariminum trajecit.

9 Publius Cornelius Scipio Annibali primus occurrit: commiſſo prælio, fugatis ſuis, ipſe vulneratus in caſtra rediit. Sempronius Gracchus & ipſe conflixit apud Trebiam amnem: is quoque vincitur. Annibali multi ſe in Italia dediderunt. Inde ad Tuſciam veniens Annibal, Flaminio Conſuli occurrit: ipſum Flaminium interemit: Romanorum viginti quinque millia cæſa ſunt: cæteri diffugerunt. Miſſus adverſus Annibalem poſtea à Romanis

ORDO.

agens vicéſimum annum ætátis; congregátis cópiis centum quinquaginta míllibus péditum, et vigínti míllibus équitum. Románi denunciavérunt huic per legátos, ut abſtineret bello. Is nóluit admíttere legatos. Románi étiam miſérunt Cartháginem, ut mandarétur Annibali, ne géreret bellum contra ſócios pópuli Romani: ſed dura reſpónſa *ſunt* réddita a Carthaginénſibus. Intéreà Saguntíni *ſunt* victi fame; captíque ab Annibale, afficiuntur últimis pœnis. 8. Tum Públius Cornélius Scípio eſt profectus cum exércitu in Hiſpániam, *et* Tiberius Sempróníus in Sicíliam: Bellum eſt indíctum Carthaginénſibus. Annibal tranſit Pyrenæum, relícto Aſdrúbale fratre in Hiſpániâ: patefécit Alpes ſibi, adhuc invias in eâ parte. Tráditur adduxíſſe, ad Itáliam, octogínta míllia péditum, et víginti mílliá équitum, ſeptem et trigínta elephantos. Intéreá multi Ligúres et Galli junxérunt ſe Annibali. Sempróníus Gracchus, cógnito advéntu Annibalis ad Itáliam, trajécit exércitum è Siciliâ Arimínum. 9. Públius Cornélius Scipio primus occúrrit Annibali; prælio commíſſo, ſuis fugátis, ipſe vulnerátus redívit in caſtra. Et Sempróníus Gracchus ípſe conflíxit apud amnem Trébiam: is quoque víncitur. Multi dedidérunt ſe Annibali in Italiâ. Inde Annibal veniens ad Túſciam, occúrrit Flamínio Cónſuli: interémit Flamínium ipſum: vigínti quínque míllia Romanórum ſunt cæſa; cæteri diffugérunt. Póſteà Quintus Fabius Máximus *eſt* miſſus á Románis adverſus Annibalem: is fregit eum

Romanis Quintus Fabius Maximus: is eum, differendo pugnam, ab impetu fregit; mox inventa occaſione, vicit.

10. Quingenteſimo & quadrageſimo anno à condita urbe, Lucius Æmilius, P. Terentius Varro contra Annibalem mittuntur, Fabioque ſuccedunt: qui Fabius ambos Conſules monuit, ut Annibalem, callidum & impatientem ducem, non aliter vincerent, quam prælium differendo. Verum cum impatientia Varronis Conſuli, contradicente Conſule altero, apud vicum, qui Cannæ appellatur, in Apulia pugnatum eſſet, ambo Conſules ab Annibale vincuntur. In ea pugna tria millia Afrorum pereunt; magna pars de exercitu Annibalis ſauciatur; nullo tamen Punico bello Romani gravius accepti ſunt: periit enim in eo Æmilius Paulus Conſul: Conſulares & Prætorii xx, Senatores capti aut occiſi xxx, nobiliores viri ccc, militum xl millia: equitum tria millia & quingenti; in quibus malis nemo tamen Romanorum pacis mentionem habere dignatus eſt. Servi, quod nunquam ante, manumiſſi, & milites facti ſunt.

11. Poſt eam pugnam, multæ Italiæ civitates, quæ Romanis paruerant, ſe ad Annibalem tranſtulerunt. Annibal Romanis obtulit, ut captivos redimerent: reſponſumque eſt à Senatu, eos cives non eſſe neceſſarios, qui, cum armati eſſent, capi potuiſſent. Ille omnes poſtea variis ſuppliciis interfecit, & tres modios aureorum annulorum Carthaginem miſit: quos è manibus

Equitum

ORDO.

ab ímpetu, differéndo pugnam: mox, occaſióne invéntâ, vicit *eum*. 10. Quingentéſimo et quadragéſimo anno à cónditâ urbe Lúcius Æmílius, *et* Públius Teréntius Varro mittúntur contra Annibalem, ſuccedúntque Fábio: qui Fábius mónuit ambos Cónſules, ut vincerent Annibalem, callidum et impatiéntem ducem, non áliter, quàm differéndo prælium. Verùm cùm eſſet pugnátum in Apúliâ apud vicum, qui appellátur Cannæ, impatiéntiâ Varrónis Cónſulis, áltero cónſule contradicénte, ambo cónſules vincúntur ab Anníbale. In eâ pugnâ tria míllia Afrórum péreunt; magna pars de exércitu Anníbalis ſauciátur; tamen Romani ſunt accépti gráviùs nullo Púnico bello: enim Æmílius Paulus Conſul períit in eo: Vigínti Conſuláres et Prætórii, trigínta Senatóres *ſunt* capti aut occíſi, *et* trecénti nobíliores viri, quadragínta míllia mílitum; tria míllia et quingénti équitum; in quibus malis tamen nemo Romanórum eſt dignátus habére mentiónem pacis. Servi *ſunt* manumíſſi, quod nunquam *fuérat* anté, et ſunt facti mílites. 11. Poſt eam pugnam, multæ civitátes Itáliæ, quæ paruérant Románis, tranſtulérunt ſe ad Annibalem. Annibal óbtulit Románis, ut redímerent captivos: eſtque reſpónſum a Senátu, eos cives non eſſe neceſſarios, qui potuíſſent capi, cùm eſſent armáti. Póſteà ille intérfecit omnes váriis ſuppliciis, et miſit tres módios aureórum annulórum Cartháginem; quos

detraxerat

Equitum Romanorum, Senatorum, & militum detraxerat. Interea, in Hiſpania, ubi frater Annibalis Aſdrubal remanſerat cum magno exercitu, ut eam tota Afris ſubigeret, à duobus Scipionibus Romanis ducibus vincitur: perditque in pugna xxxv millia hominum: ex his capiuntur x millia: occiduntur xxv. Mittuntur ei à Carthaginenſibus ad reparandas vires xii millia peditum, iv millia equitum, xx elephanti.

10. Anno quarto poſtquam in Italiam Annibal venit, Marcus Claudius Marcellus Conſul apud Nolam, civitatem Campaniæ, contra Annibalem bene pugnavit. Annibal multas civitates Romanorum per Apuliam, Calabriam & Brutios occupavit; quo tempore etiam rex Macedoniæ Philippus ad eum legatos miſit, promittens auxilia contra Romanos, ſub hac conditione ut, deletis Romanis, ipſe quoque contra Græcos ab Annibale auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi, & re cognita, Romani in Macedoniam Marcum Valerium Lævinum ire juſſerunt: in Sardiniam Titum Manlium Proconſulem: Nam etiam ea ſollicitata ab Annibale Romanos deſeruerat.

13. Ita uno tempore quatuor locis pugnabatur; in Italia, contra Annibalem; in Hiſpania contra fratrem ejus Aſdrubalem; in Macedonia contra Philippum; in Sardinia contra Sardos, & alterum Aſdrubalem Carthaginenſem. Is à Tito Manlio Proconſule, qui ad Sardiniam miſſus fuerat, vivus eſt captus; occiſa cum

ORDO.

detráxerat è mánibus Romanórum Equitum, Senatórum, et mílitum. Intéreà, in Hiſpániâ, ubi Aſdrúbal frater Annibalis remánſerat cum magno exércitu, ut ſubígeret eam totam *provinciam* Afris, víncitur à duóbus Scipiónibus Románis dúcibus; inque pugnâ perdit trigínta quinque míllia hóminum: ex his décem míllia capiúntur; vigínti quinque occidúntur. Duódecim míllia péditum, quátuor míllia équitum, *et* vigínti elephanti mittúntur ei a Carthaginénſibus ad reparándas vires. 12. Quarto anno poſtquám Annibal venit in Itáliam, Marcus Claúdius Marcéllus Conſul pùgnavit benè apud Nolam, civitátem Campániæ, contra Annibalem. Annibal occupávit multas civitátes Romanórum per Apúliam, Calábriam et Brútios: quo témpore étiam Philíppus, rex Macedóniæ, miſit legátos, ad eum, promíttens auxília contra Romános, ſub hâc conditióne, ut Románis delétis, ipſe quoque accíperet auxília ab Annibale contra Græcos. Igitur legátis Philippi captis, et re cógnitâ, Romani juſsérunt Marcum Valérium Lævínum ire in Macedóniam: Titum Mánlium Procónſulem in Sardíniam: nam étiam ea ſolicitáta ab Annibale deſerúerat Romános. 13. Ita uno témpore pugnabátur quátuor locis; in Itáliâ, contra Annibalem; in Hiſpániâ, contra ejus fratrem Aſdrúbalem; in Macedóniâ, contra Philippum; in Sardíniâ, contra Sardos, et álterum Aſdrúbalem Carthaginénſem. Is eſt captus vivus a Tito Mánlio Procónſule, qui fúerat miſſus ad Sardíniam; duódecim míllia *erant* occíſa cum illo,

mille

cum eo xii millia, capti mille quingenti: & à Romanis Sardinia ſubacta. Manlius victor captivos & Aſdrubalem Romam reportavit. Interea etiam Philippus à Lævino in Macedonia vincitur, & in Hiſpania à Scipionibus Aſdrubal, & Mago tertius frater Annibalis.

14. Decimo anno poſtquam Annibal in Italiam venerat, P. Sulpicio, Cnæo Fulvio Conſulibus, Annibal uſque ad quartum milliarium Urbis acceſſit, equites ejus uſque ad portas; mox Conſulum metu, cum exercitu venientium, Annibal ad Campaniam ſe recepit. In Hiſpania à fratre Aſdrubale ambo Scipiones, qui per multos annos victores fuerant, interficiuntur; exercitus tamen integer remanſit; caſu enim magis quàm virtute erant decepti: quo tempore etiam à Conſule Marcello Siciliæ magna pars capta eſt, quam tenere Afri cœperant: & ex nobiliſſima urbe Syracuſana præda ingens prælata eſt. Lævinus in Macedonia cum Philippo & multis Græciæ populis & rege Aſiæ Attalo, amicitiam fecit: & ad Siciliam profectus, Annonem quendam Afrorum, ducem apud Agrigentum civitatem, cum ipſo oppido cepit, eumque Romam cum captivis nobilibus miſit; xl civitates in deditionem accepit, xxvi expugnavit. Ita omni Sicilia recepta, Macedonia fracta, cum ingenti gloria Romam regreſſus eſt. Annibal in Italia Cnæum Fulvium Conſulem ſubito aggreſſus, cum octo milibus hominum interfecit.

15. Interea ad Hiſpanias, ubi occiſis

ORDO.

mille quingénti capti; et Sardínia ſubácta a Románis. Mánlius Victor reportávit captívos et Aſdrúbalem Romam. Intéreà étiam Philippus víncitur à Lævíno in Macedónia, et in Hiſpániâ Aſdrubal, et Mago tértius frater Annibalis á Scipiónibus, 14. Décimo anno poſtquam Annibal vénerat in Itáliam, Públio Sulpício, *et* Cnæo Fúlvio Conſúlibus, Annibal accéſſit uſquè ad quartum milliárium urbis, *et* ejus équites uſquè ad portas; mox metu Cónſulum, vénientium cum exércitu, Annibal recépit ſe ad Campániam. In Hiſpániâ ambo Scipiónes, qui fúerant victóres per multos annos, interficiúntur à fratre Aſdrúbale: tamen exércitus remánſit ínteger; enim erant decépti magis caſu quam virtúte *hoſtis*; quo témpore étiam magna pars Sicíliæ, quam Afri cœperant tenére eſt capta à Cónſule Marcéllo; et ingens præda eſt prælàta, *et in triúmpho capta* ex nobilíſſimâ Syracuſánâ urbe. Lævínus feci amicítiam in Macedónia cum Philippo et multis pópulis Græciæ, et Attalo rege Aſiæ: et profectus ad Sicíliam, cepit Annónem, quendam ducem Afrórum, apud civitátem Agrigéntum, cum óppido ipſo, misítque eum Romam cum nobílibus captívis: accépit quadragínta civitátes in deditionem, expugnávit vigínti ſex. Ita Omni Sicíliâ recéptâ, Macedóniâ fractâ, eſt regréſſus Romam cum ingénti glóriâ. Annibal ſúbito aggréſſus Cnæum Fúlvium Cónſulem in Itáliâ, interfécit *eum* cum octo míllibus hóminum. 15. Intéreà míttitur ad Hiſpánias, ubi, duóbus Scipiónibus occíſis, erat nullus Románus

occisis duobus Scipionibus nullus Romanus dux erat, Publius Cornelius Scipio mittitur, filius Publii Scipionis, qui ibidem bellum gesserat, annos natus quatuor & viginti, vir Romanorum omnium & sua ætate, & posteriori tempore fere primus. Is Carthaginem Hispaniæ capit; in qua omne aurum & argentum, & belli apparatum Afri habebant: nobilissimos quoque obsides, quos ab Hispanis acceperant: Magonem etiam fratrem Annibalis ibidem capit; quem Romam cum aliis mittit. Romæ ingens lætitia post hunc nuntium fuit. Scipio Hispanorum obsides parentibus reddidit. Quâ re omnes fere Hispani ad eum uno animo transierunt. Postque Asdrubalem Annibalis fratrem victum fugat, & prædam maximam capit.

16. Interea, in Italia, Consul Q. Fabius Maximus Tarentum recepit: in qua ingentes copiæ Annibalis erant: & ibi etiam ducem Annibalis Carthalonem occidit: XXV millia captivorum vendidit: prædam militibus dispertivit; pecuniam hominum venditorum ad fiscum retulit. Tum multæ civitates Romanorum, quæ ad Annibalem transierant priùs, rursus se Fabio Maximo reddiderunt. Insequenti anno Scipio in Hispania egregias res egit, & per se, & per fratrem suum Lucium Scipionem: lxx civitates recepit. In Italia tamen malè pugnatum est. Nam Claudius Marcellus Consul ab Annibale occisus est.

17. Tertio anno postquam Scipio ad Hispaniam profectus fuerat, rursus res inclytas gerit: regem Hispaniarum magno prælio victum

ORDO.

mánus dux, Públius Cornélius Scípio fílius Públii Scipiónis, qui géſſerat bellum ibídem, natus quâtuor et vigínti annos, vir ferè primus ómnium Romanórum et ſuâ ætáte, et poſterióri témpore. Is capit Carthâginem Hiſpániæ, in quâ Afri habébant omne aurum, et argéntum, et apparátum belli: nobiliſſimos óbſides quoque quos accéperunt ab Hiſpánis: étiam capit Magónem fratrem Annibalis ibídem; quem mittit Romam cum áliis. Fuit ingens lætítia Romæ poſt hunc núntium. Scípio réddidit óbſides Hiſpanórum paréntibus. Quâ re ferè omnes Hiſpani tranſivérunt ad eum uno ánimo. Pòſtque fugat Aſdrúbalem fratrem Annibalis victum, et capit máximam prædam. 16. Intéreà in Itáliâ, Conſul Quíntus Fabius Máximus accépit Taréntum: in quâ ingéntes cópiæ Annibalis erant; et ibi étiam occídit Carthalónem ducem Annibalis: véndidit vigínti quínque millia captivórum: diſpertívit prædam milítibus: rétulit pecúniam hóminum venditórum ad fiſcum. Tum multæ civitátes Romanórum, quæ priús tranſíverant ad Annibalem, rurſus reddidérunt ſe Fábio Máximo. Inſequénti anno Scípio egit egrégias res in Hiſpániâ, et per ſe, et per ſuum fratrem Lúcium Scipiónem: recépit ſeptuagínta civitátes. Tamen in Itália eſt pugnátum malè. Nam Claúdius Marcéllus Conſul eſt occiſus ab Annibale. 17. Tértio anno poſtquam Scípio fúerat profectus ad Hiſpániam, rurſus gerit ínclytas res; accépit regem Hiſpaniárum

victum in amicitiam accepit, & primus omnium à victo obsides non popoſcit.

18. Deſperans Annibal Hiſpania contra Scipionem diutius poſſe retineri, fratrem ſuum Aſdrubalem ad Italiam cum omnibus copiis evocavit. Is veniens eodem itinere, quo etiam Annibal venerat, à Conſulibus Appio Claudio Nerone, & Marco Livio Salinatore, apud Senam Piceni civitatem, in inſidias compoſitas incidit; ſtrenue tamen pugnans occiſus eſt: ingentes ejus copiæ captæ aut interfectæ ſunt: magnum pondus auri atque argenti Romam relatum. Poſt hæc Annibal diffidere jam de belli cœpit eventu, & Romanis ingens animus acceſſit. Itaque & ipſi evocaverunt ex Hiſpania Publium Cornelium Scipionem. Is Romam cum ingenti gloria venit.

19. Quinto Cæcilio, Lucio Valerio Conſulibus, omnes civitates, quæ in Brutiis ab Annibale tenebantur, Romanis ſe tradiderunt.

20. Anno xiv, poſtquam in Italiam Annibal venerat, Scipio, qui multa bene in Hiſpania egerat, Conſul eſt factus, & in Africam miſſus: cui viro divinum quiddam ineſſe exiſtimabatur, adeo ut putaretur cum Numinibus habere ſermonem. Is in Africa contra Annonem ducem Afrorum pugnat, exercitum ejus interfecit. Secundo prælio caſtra cepit, cum quatuor millibus & quingentis militibus: xi millibus occiſis. Syphacem Numidiæ regem, qui ſe Afris conjunxerat, capit, & caſtra ejus invadit. Syphax,

ORDO.

paniárum victum magno prælio in amicítiam, et primus ómnium non popóſcit óbſides à victo. 18. Annibal déſperans Hiſpánias poſſe retinéri diútiùs contra Scipiónem, evocávit ſuum fratrem Aſdrùbalem ad Itáliam cum ómnibus cópiis. Is vénions eódem itínere, quo étiam Annibal vénerat, incidit in insídias compóſitas à Conſúlibus Appio Claúdio Neróne, et Marco Lívio Salinatóre, apud Senam civitátem Picéni: tamen pugnans ſtrénuè eſt occiſus; ejus ingéntes copiæ ſunt captæ aut interfectæ: magnum pondus auri atque argenti *eſt* relátum Romam. Poſt hæc Annibal cœpit jam diffídere de evéntu belli, et ingens ánimus accéſſit Románis. Itaque et ipſi evocavérunt Públium Cornélium Scipiónem ex Hiſpániâ. Is venit Romam cum ingénti glória. 19. Quinto Cæcílio, *et* Lúcio Valério Conſúlibus, omnes civitátes, quæ tenebántur ab Annibale in Brútiis, tradidérunt ſe Románis. 20. Quarto décimo anno, poſtquam Annibal vénerat in Itáliam, Scípio, qui égerat multa benè in Hiſpániâ, eſt factus Conſul, et miſſus in Africam: cui viro quiddam divínum exiſtimabátur ineſſe: ádeò ut putarétur habére ſermónem cum Numinibus. Is pugnat in Africâ contra Annónem ducem Afrórum *et* intérfecit ejus exércitum. Cepit caſtra ſecúndo prælio, cum quátuor millibus et quíngentis militibus: duódecim millibus occísis. Capit Syphácem regem Numídiæ, qui conjúnxerat ſe Afris, et invádit ejus caſtra. Syphax,

cum

phax, cum nobiliſſimis Numidis & infinitis ſpoliis, à Scipione Romam mittitur: qua re audita, omnis fere Italia Annibalem deſerit; ipſe à Carthaginenſibus in Africam redire jubetur, quam Scipio vaſtabat.

21. Ita anno xvii ab Annibale Italia liberata eſt, quam flens dicitur reliquiſſe. Legati Carthaginenſium pacem à Scipione petierunt; ab eo ad Senatum Romam miſſi ſunt: xlv dies his induciæ datæ ſunt, quouſque Romam ire & regredi poſſent: xxx millia pondo argenti ab his accepta ſunt: Senatus ex arbitrio Scipionis pacem juſſit cum Carthaginenſibus fieri. Scipio his conditionibus dedit, ne amplius quam xxx naves haberent, quingenta millia pondo argenti darent, captivos & perfugas redderent.

22. Interim, Annibale veniente ad Africam, pax turbata eſt; multa hoſtilia ab Afris facta ſunt: legati tamen eorum, ex urbe venientes à Romanis capti ſunt, & jubente Scipione dimiſſi. Annibal quoque, frequentibus prœliis victus à Scipione, petiit etiam ipſe pacem. Cum ventum eſſet ad colloquium, iiſdem conditionibus data eſt, quibus prius: addita quingentis millibus pondo argenti c millia librarum, propter novam perfidiam. Carthaginenſibus conditiones diſplicuerunt, juſſeruntque Annibalem pugnare. Infertur à Scipione, & Maſſiniſſa alio rege Numidarum, qui amicitiam cum Scipione fecerat, Carthagini bellum. Annibal tres exploratores ad Scipionis caſtra miſit: quos captos Scipio circumduci per caſtra

ORDO.

cum nobiliſſimis Numidis, et infinitis ſpóliis mittitur Romam à Scipióne: quá re auditâ, ferè omnis Itália déſerit Annibalem; ipſe jubétur à Carthaginénſibus redire in Africam, quam Scípio vaſtábat. 21. Ita ſéptimo décimo anno Itália eſt liberáta ab Annibale, quam dicitur reliquíſſe flens. Legáti Carthaginénſium petivérunt pacem à Scipióne: ſunt miſſi ab eo Romam ad Senátum: indúciæ ſunt datæ his quadragínta dies, quoúſque poſſent ire Romam et regrédi: trigínti míllia pondo argénti ſunt accépta ab his: Senátus juſſit pacem fieri cum Carthagínénſibus ex arbítrio Scipiónis. Scípio dedit *eam* his conditiónibus, ne habérent ámplius quàm trigínta naves, darent quingénta míllia pondo argénti, *et* rédderent captívos et perfúgas. 22. Interim, Annibale veniénte ad Africam, pax eſt turbáta: multa hoſtília ſunt facta ab Afris: tamen eórum legáti veniéntes ex urbe, ſunt capti à Románis, et dimíſſi Scipióne jubénte. Annibal quoque, victus á Scipióne frequéntibus prœliis, étiam ipſe petívit pacem. Cùm eſſet ventum ad collóquium, eſt data iiſdem conditiónibus, quibus priùs *erant data:* centum míllia librárum *ſunt* áddita quingéntis míllibus pondo argénti, propter novam perfídiam. Conditiónes diſplicuérunt Carthaginenſibus, juſſerúntque Annibalem pugnáre. Bellum infértur Carthagini à Scipióne, et Maſſiníſſa álio rege Numidárum, qui fécerat amicítiam cum Scipióne. Annibal miſit tres exploratóres

caſtra juſſit, oſtendique eis totum exercitum; mox etiam prandium dari, dimittique, ut renuntiarent Annibali, que apud Romanos vidiſſent.

23. Interea prælium ab utroque duce inſtructum eſt, quale vix ulla memoria fuit: quum peritiſſimi viri copias ſuas ad bellum educerent. Scipio victor recedit, pene ipſo Annibale capto, qui primum cum multis equitibus, deinde cum xx, proſtremo cum quatuor evaſit. Inventa in caſtris Annibalis argenti pondo xx millia, auri octingenta, cætera ſupellectili copioſa. Poſt id certamen, pax cum Carthaginenſibus facta eſt. Scipio Romam rediit, et ingenti gloria triumphavit, atque Africanus ex eo appellari cœptus eſt. Finem accepit ſecundum Punicum bellum, poſt annum nonum decimum quam cœperat.

ORDO.

ratóres ad caſtra Scipiónis: quos captos Scípio juſſit circumdúci per caſtra totúmque exércitum oſténdi eis; mox etiam prándium dari, dimittíque, ut renunciárent Annibali, quæ vidíſſent apud Romános. 23. Interèa prælium eſt inſtrúctum ab utroque duce, quale vix fuit ullâ memoriâ; quum peritíſſimi viri edúcerent ſuas copias ad bellum. Scípio recédit victor Annibale ipſo penè capto; qui evásit primùm cum multis equítibus, deínde cum vigínti, poſtrémò cum quátuor. In caſtris Annibalis *ſunt* invénta vigínti míllia pondo argénti, octingénta auri, cætera copioſa ſupelléctili. Poſt id certamen, pax eſt facta cum Carthaginénſibus. Scípio redívit Romam, et triumphávit ingénti glóriâ, atque eſt cœptus appellári Africánus ex eo. Secúndum Púnicum bellum accépit finem, poſt nonum-decimum annum quàm cœperat.

LIBER QUARTUS.

1. TRANSACTO Punico bello, ſequutum eſt Macedonicum contra Philippum regem.

2. Quingenteſimo & quinquageſimo primo anno ab urbe conditâ, T. Quintius Flaminius adverſus Philippum regem mittitur: res proſpere geſſit: pax ei datâ eſt his legibus, ne Græciæ civitatibus, quas Romani contra eum defenderant, bellum inferret, ut captivos & transfugas redderet, quinquaginta ſolum naves haberet, reliquas Romanis redderet: per annos decem quaterna millia pondo argenti præſtaret, & obſidem daret filium ſuum Demetrium. Titus Quintius etiam Lacedæmoniis intulit bellum; ducem eorum Nabidem vicit; &, quibus voluit conditionibus, in fidem accepit: ingenti gloria duxit ante currum nobiliſſimos obſides, Demetrium Philippi filium, & Armenem Nabidis.

3. Tranſacto bello Macedonico, ſequutum eſt Syriacum contra Antiochum regem, P. Cornelio Scipione, M. Acilio Glabrione Conſulibus. Huic Antiocho Annibal ſe junxerat, Carthaginem patriam ſuam, ne Romanis traderetur, relinquens. M. Acilius Glabrio in Achaia pugnavit

ORDO.

1. Púnico bello tranſácto, Macedónicum eſt ſequútum contra Regem Philíppum. 2. Quingentéſimo et quinquagéſimo primo anno ab urbe condíta, Titus Quíntius Flamínius míttitur advérſus regem Philíppum: geſſit res proſperè: pax eſt data ei his légibus, ne inférret bellum civitátibus Græciæ quas Romani defénderant contra eum, ut rédderet captívos et transfúgas, habéret quinquagínta naves ſolùm, *et* rédderet réliquas Románis: præſtáret quatérna míllia pondo argenti per decem annos, et dáret ſuum fílium Demétrium óbſidem. Titus Quíntius étiam íntulit bellum Lacedæmoniis; vicit eórum ducem Nabídem; et accépit in fidem, quibus conditiónibus vóluit; duxit nobiliſſimos óbſides, Demétrium fílium Philíppi, et Arménem *fílium* Nabídis, ingénti gloriâ ante currum, 3. Macedónico bello transácto, Syríacum eſt ſequútum contra regem Antíochum, Públio Cornélio Scipióne, *et* Marco Acílio Glabrióne Conſulibus. Annibal júnxerat ſe huic Antíocho, relinquens Carthágihem ſuam pátriam, ne *ipſe* traderétur Románis. Marcus Acílius Glábrio pugnávit benè in Achâiâ.

navit bene. Caſtra regis Antiochi nocturna pugna capta ſunt: ipſe fugatur. Philippo, quia contra Antiochum Romanis auxilio fuiſſet, filius Demetrius redditus eſt.

4. L. Cornelio Scipione, C. Lælio Conſulibus, Scipio Africanus fratri ſuo L. Cornelio Scipioni Conſuli legatus contra Antiochum profectus eſt. Annibal qui cum Antiocho erat, navali prælio victus eſt. Ipſe poſtea Antiochus circa Sipylum & Magneſiam Aſiæ civitatem, à Conſule Cornelio Scipione ingenti prælio fuſus eſt. Auxilio fuit Romanis in ea pugna Eumenes, Attali regis frater, qui Eumeniam in Phrygia condidit. Quinquaginta millia peditum, iv millia equitum eo certamine ex parte regis occiſa ſunt. Tum rex Antiochus pacem petit, quæ iiſdem conditionibus datur à Senatu quanquam victo, quibus antu offerebatur, ut ex Europa & Aſia recederet, atque intra Taurum ſe contineret; x millia talentorum, & xx obſides præberet; Annibalem concitatorem belli dederet. Eumeni regi donatæ ſunt omnes Aſiæ civitates, quas Antiochus bello perdiderat; & Rhodiis, qui auxilium Romanis contra regem Antiochum tulerant multæ urbes conceſſæ ſunt. Scipio Romam rediit; ingenti gloria triumphavit; nomen & ipſe, ad imitationem fratris, Aſiatici accepit, quia Aſiam vicerat: ſicuti frater ipſius, propter Africam domitam, Africanus appellabatur.

5. Spurio Poſthumio Albino, Q. Marcio Philippo Conſulibus, M.

ORDO.

Achâiâ. Caſtra reges Antíochi ſunt capta noctúrnâ pugnâ: ipſe fugátur. Fílius Demétrius eſt rédditus Philíppo, quia fúerat auxílio Románis contra Antíochum. 4. Lúcio Cornélio Scípione, *et* Caio Lælio Conſulibus, Scípio Africánus eſt profectus legátus ſuo fratri Lúcio Cornélio Scipióni Cónſuli contra Antíochum. Annibal, qui erat cum Antíocho, eſt victus naváli prælio. Poſteà Antíochus ipſe eſt fuſus ingénti prælio a Cónſule Cornélio Scipióne circa Sípylum et Magnéſiam civitátem Aſiæ. Euménes, frater régis Attali, qui cóndidit Euméniam in Phrygiâ, fuit auxílio Románis in ea pugnâ. Quinquagínta míllia péditum, quátuor míllia équitum ſunt occíſa ex parte regis eo certámine. Tum Rex Antíochus petit pacem, quæ datur a Senátu *ei* quanquam victo, iíſdem conditiónibus, quibus offerebátur antè, ut recéderet ex Európâ et Aſiâ, atque continéret ſe intra Taurum; præbéret decem míllia talentórum, et vigínti obſides; *et* déderet Annibalem conciliatórem belli. Omnes civitátes Aſiæ, quas Antiochus perdíderat bello, ſunt donátæ regi Euméni: et multæ urbes ſunt concéſſæ Rhódiis, qui túlerant auxílium Románis contra regem Antíochum. Scípio redívit Romam; triumphávit ingénti glóriâ, et ipſe accépit nomen Aſiátici ad imitátionem fratris, quia vícerat Aſiam: sícut ipsius frater appellabátur Africánus, propter dómitam Africam. Spúrio Poſthúmio Albíno, *et* Quinto Marcio Philíppo Conſúlibus Mar-

cus

M. Fulvius de Ætolis triumphavit. Annibal, qui victo Antiocho, ne Romanis traderetur, ad Prusiam Bithyniæ regem fugerat, repetitus etiam ab eo est per Titum Quintium Flaminium: &, cum tradendus esset Romanis, venenum bibit, & apud Libyssam in finibus Nicomedinensium sepultus est.

6. Philippo rege Macedoniæ mortuo, qui & adversum Romanos bellum gesserat, & postea Romanis contra Antiochum auxilium tulerat, filius ejus Perseus in Macedonia rebellavit, ingentibus copiis ad bellum paratis. Nam adjutores habebat, Cotyn Thraciæ regem, & Illyrici regem, Gentium nomine: Romanis autem in auxilium erant Eumenes Asiæ Rex, Ariarathes Cappadociæ Antiochus Syriæ, Ptolemæus Ægypti, Massinissa Numidiæ. Prusias autem Rex Bithyniæ, quanquam sororem Persei uxorem haberet, utrisque se æquum præbuit. Dux Romanorum P. Licinius Consul, est à rege gravi prælio victus; neque tamen Romani, quanquam superati, regi petenti pacem præstare voluerunt, nisi his conditionibus, ut se et suos Senatui & Populo Romano dederet. Mox missus contra eum Lucius Æmilius Paulus Consul, et in Illyricum C. Anicius Prætor, contra Gentium. Sed Gentius, facile uno prælio victus, mox se dedidit. Mater ejus & uxor, & duo filii, frater quoque ejus simul in potestatem Romanorum venerunt. Ita bello intra dies xxx perfecto, ante cognitum est Gentium victum, quam cœptum bellum nunciaretur.

7. Cum

ORDO.

cus Fúlvius triumphávit de Ætolis. Annibal, qui, Antiocho victo, fugerat ad Prúsiam regem Bithyniæ, ne traderétur Románis, est étiam repetitus ab eo per Titum Quíntium Flamínium: et, cùm esset tradéndus Románis, bibit venénum, et est sepúltus apud Libyssam in finibus Nicomediénsium. 6. Philippo rege Macedóniæ mórtuo, qui et gésserat bellum advérsum Romános, et póstea túlerat auxílium Románis contra Antíochum, ejus filius Pérseus rebellávit in Macedónia, parátis ingéntibus cópiis ad bellum. Nam habébat adjutóres, Cotyn regem Thrá-ciæ, et regem Illyrici, Gentium nómine. Autem Euménes rex Asiæ, Ariaráthes Cappadóciæ, Antíochus Syriæ, Ptolemæus Ægypti, et Massiníssa Numidiæ, erant Románis in auxílium. Autem Prúsias rex Bithyniæ, quanquam habéret soróre Pérsei uxórem, præbuit se æquum utríque. Dux Romanórum Públius Licínius Consul est victus á rege gravi prælio: neque tamen Románi, quanquam superáti, voluérunt præstáre pacem regi peténti, nisi his conditiónibus, ut dédderet se et suos Senátui et Románo Pópulo. Mox Lúcius Æmílius Paulus Consul *est* missus contra eum, et Caius Anícius prætor in Illyricum, contra Géntium. Sed Géntius, facilè victus uno prælio, mox dédidit se. Ejus mater et uxor, et duo filii, ejus frater quoque venérunt simul in potestatem Romanórum. Ita bello perfécto intra trigínta dies, est cógnitum Géntium *esse* victum, ántequam nunciarétur bellum *fuisse* cœptum.

7. Cum Perſeo autem Æmilius Paulus Conſul tertio Nonas Septembris dimicavit, vicitque eum, xx millibus peditum ejus occiſis: equitatus cum rege fuit integer, Romanorum c milites amiſſi ſunt: Urbes Macedoniæ omnes quas Rex tenuerat, Romanis ſe dediderunt: ipſe Rex cum deſereretur ab amicis, venit in Pauli poteſtatem: ſed honorem ei Æmilius non quaſi victo habuit: nam et volentem ſibi ad pedes cadere non permiſit; ſed juxta ſe in ſella collocavit. Macedonibus et Illyriis hæ leges datæ ſunt, ut liberi eſſent, et dimidium eorum tributorum præſtarent, quæ regibus præſtitiſſent, ut appareret populum Romanum pro æquitate, magis quam pro avaritia dimicare: atque in conventu infinitorum populorum Paulus hæc pronunciavit, et legationes multarum gentium, quæ ad eum venerant, magnificentiſſimo pavit convivio, dicens, ejuſdem hominis eſſe debere & bello vincere, et convivii apparatu elegantem eſſe.

8. Mox ſeptuaginta civitates Epiri, quæ rebellarunt, cepit: prædam militibus diſtribuit: Romam cum ingeti pompâ rediit, in nave Perſei, quæ inuſitatæ magnitudinis fuiſſe traditur, adeo ut xvi ordines habuiſſe dicatur remorum. Triumphavit autem magnificentiſſimè in curru aureo, cum duobus filiis utroque latere aſtantibus. Ducti ſunt ante currum duo regis filii, et ipſe Perſeus, xlv annos natus. Poſt eum etiam C. Anicius de Illyriis triumphavit: Gentius cum fratre & filiis ante currum ductus eſt.

ORDO.

7. Autem Æmílius Paulus Conſul dimicávit cum Pérſeo tértio *ante* nonas Septémbris, vicítque eum, vigínti míllibus ejus péditum occíſis; equitátus cum rege, fuit ínteger, centum mílites Romanórum ſunt amíſſi: omnes urbes Macedóniæ, quas rex tenúerat, dedidérunt ſe Románis: rex ipſe, cum deſererétur ab amícis, venit in poteſtátem Pauli: ſed Æmílius hábuit honórem ei, non quaſi victo: nam non permíſit *eum* et volántem cádere ſibi ad pedes; ſed collocávit *eum* juxta ſe in ſellâ. Hæ leges ſunt datæ Macedónibus et Illyriis, ut eſſent líberi et præſtárent dimídium eórum tributórum, quæ præſtitíſſent régibus, ut apparéret Románum Pópulum dimicare pro æquitáte, magis quám pro avarítiâ: atque in convéntu infinitórum populórum Paulus pronunciávit hæc, et pavit legatiónes multárum gentium, quæ vénerunt ad eum, magnificentíſſimo convívio, dicens, debére eſſe ejúſdem hóminis et vincere bello, et eſſe elegántem *in* apparátu convívii. 8. Mox cepit ſeptuagínta civitátes Epiri quæ rebellavérunt: diſtríbuit prædam militibus: redívit Romam cum ingénti pompâ, in nave Pérſei, quæ tráditur fuiſſe inuſitatæ magnitúdinis, ádeò ut dicátur habuíſſe ſédecim órdines remórum. Autem triumphávit magnificentíſſimè in aúreo curru, cum duóbus filiis aſtántibus utróque látere. Duo fílii regis, et Pérſeus ipſe, natus quadragínta quinque annos, ſunt ducti ante currum. Póſt eum étiam Caius Anícius triumphávit de Illyriis: Géntius, cum fratre et

eſt. Ad hoc ſpectaculum multarum gentium reges Romam venerunt: inter alios etiam venit Attalus atque Eumenes Aſiæ reges, atque Pruſias Bithyniæ: magno honore accepti ſunt, & permittente Senatu, dona quæ attulerant, in Capitolio poſuerunt. Pruſias etiam filium ſuum Nicomedem Senatui commendavit.

9. Inſequenti anno, Lucius Memmius in Hiſpania bene pugnavit. Marcellus poſtea Conſul res ibidem proſperè geſſit.

10. Tertium deinde bellum contra Carthaginem ſuſcipitur, DC & altero anno ab urbe conditâ, L. Manlio Cenſorino, & Marco Manilio Conſulibus, anno LI poſtquam ſecundum Punicum bellum tranſactum erat. Hi profecti Carthaginem oppugnaverunt. Contra eos Aſdrubal dux Carthaginenſium dimicabat. Famea dux alius equitatui præerat Carthaginenſium. Scipio tunc, Scipionis Africani nepos, Tribunus ibi militabat, cujus apud omnes ingens metus & reverentia erat. Nam et paratiſſimus ad dimicandum, & conſultiſſimus habebatur. Itaque per eum multa proſperè geſta ſunt: neque quidquam magis vel Aſdrubal vel Famea vitabant, quàm contra eam Romanorum partem pugnam committere, ubi Scipio dimicabat.

11. Per idem tempus Maſſiniſſa rex Numidarum, per annos ſexaginta fere amicus populi Romani, anno vitæ ſuæ XCVII mortuus eſt, XLIV filiis relictis. Scipionem diviſorem regni inter filios eſſe juſſit.

12. Cum

ORDO.

et fíliis, eſt ductus ante currum. Ad hoc ſpectáculum reges multárum géntium venérunt Romam: inter álios étiam venit Attalus atque Euménes reges Aſiæ, atque Prúſias Bithyniæ: ſunt accépti magno honóre, et Senátu permittênte, poſuérunt dona, quæ attúlerant, in Capitólio. Pruſias étiam commendávit ſuum fílium Nicomédem Senátui. 9. Inſequénti anno, Lúcius Mémmius pugnávit benè in Hiſpániâ. Póſteá Marcellus Conſul geſſit res próſperè ibidem. 10. Deínde tértium bellum ſuſcípitur contra Carthaginem, ſexcentéſimo et áltero anno ab urbe cónditâ, Lùcio Mánlio Cenſoríno, et Marco Manílio Conſúlibus, anno quinquagéſimo prima poſtquam ſecúndum Púnicum bellum erat tranſáctum. Hi profécti Cartháginem oppugnavérunt *eam*. Aſdrubal dux Carthaginénſium dimicábat contra eos. Fámea álius dux Carthaginénſium præérat equitátui. Tunc Scípio, nepos Scipiónis Africáni, militábat ibi Tribúnus, cujus erat ingens metus et reverêntia apud omnes. Nam habebátur et paratíſſimus ad dimicándum, et conſultíſſimus. Itaque per eum multa ſunt geſta próſperé; neque vel Aſdrubal vel Fámea vitábant quidquam magis, quam committere pugnam contra eam partem Romanórum, ubi Scípio dimicábat. 11. Per idem tempus Maſſiníſſa rex Numidárum, amicus Romani Populi ferè per ſexagínta annos, eſt mórtuus, nonagéſimo ſéptimo anno ſuæ vitæ, relíctis quadragínta fíliis. Juſſit Scipiónem eſſe diviſórem regni inter filios.

12. Cum igitur clarum Scipionis nomen esset, juvenis adhuc, Consul est factus, & contra Carthaginem missus. Is eam cepit, ac diruit: spolia ibi inventa, quæ de variarum civitatum excidiis Carthago collegerat, & ornamenta urbium civitatibus Siciliæ, Italiæ, & Africæ reddidit, quæ sua recognoscebant. Ita Carthago, septingentesimo anno postquam condita erat, deleta est. Scipio nomen, quod avus ejus acceperat, meruit: scilicet, ut, propter virtutem, etiam ipse Africanus Junior vocaretur.

13. Interim in Macedonia, quidam Pseudo-Philippus arma movit. Romanum Prætorem Publium Juvenicum contra se missum ad internecionem vicit. Post eum Q. Cæcilius Metellus dux à Romanis contra Pseudo-Philippum missus est, & viginti-quinque millibus ex militibus ejus occisis, Macedoniam recepit. Ipsum etiam Pseudo-Philippum in potestatem suam redegit.

14. Corinthiis quoque bellum indictum est, nobilissimæ Græciæ civitati, propter injuriam Legatorum Romanorum. Hanc Mummius Consul cepit ac diruit. Tres igitur Romæ simul celeberrimi triumphi fuerunt: Africani, ex Africa, ante cujus currum ductus est Asdrubal: Metelli, ex Macedonia, cujus curru præcessit Andriscus, qui & Pseudo-Philippus dicitur: Mummii, ex Corintho, ante quem signa ænea, & pictæ tabulæ, & alia urbis clarissimæ ornamenta prælata sunt.

15. Iterum in Macedonia Pseudo-Perseus, qui se Persei filium

ORDO.

12. Igitur cùm nomen Scipiónis esset clarum, est factus Consul, adhuc júvenis, et missus contra Cartháginem. Is cepit, ac díruit eam: réddidit spólia invénta ibi, quæ Carthágo collégerat de excídiis variárum civitátum, et ornaménta úrbium civitátibus Sicíliæ, Itáliæ, et Africæ, quæ recognoscébant sua. Ita Carthágo est deléta, septingentésimo anno postquam erat cóndita. Scípio méruit nomen, quod ejus avus accéperat: scilicet, ut, propter virtútem, ipse étiam vocarétur Africanus Júnior. 13. Interim in Macedóniâ, quidam Pseudo-Philippus movit arma, et vicit Románum Prætórem Públium Juvénicum missum contra se ad interneciónem. Post eum Quintus Cæcílius Metéllus est missus dux à Románis contra Pseudo-Philíppum, et vigínti-quinque míllibus ex ejus milítibus occísis, recépit Macedóniam. Etiam redégit Pseudo-Philíppum ipsum in suam potestátem. 14. Bellum est indíctum Corínthiis quoque, nobilíssimæ civitáti Græciæ, propter injúriam Romanórum Legatórum. Múmmius Consul cepit ac díruit hanc. Igitur fuerunt tres celebérrimi triumphi Romæ simul: *triúmphus* Africáni ex Africâ, ante cujus currum Asdrúbal est ductus; Metélli, ex Macedoniâ, cujus currum Andríscus præcéssit, qui et dícitur Pseudo-Philíppus: Múmmii, ex Corintho, ante quem ænea signa, et pictæ tábulæ, et ália ornaménta claríssimæ urbis sunt prælata. 15. Iterum in Macedónia Pseudo-Pérseus, qui dicébat se esse filium Pérsei,

collectis

filium esse dicebat, collectis servis, rebellavit; & cum septemdecim armatorum millia haberet, à Tremellio Quæstore superatus est. His diebus Androgynus Romæ visus, jussu aruspicum in mare mersus est.

16. Eodem tempore Metellus in Celtiberia apud Hispanos egregias res gessit. Successit ei Quintus Pompeius. Nec multo post, Quintius quoque Cæpio ad idem bellum missus, quod quidam Viriatus contra Romanos in Lusitania gerebat. Quo metu Viriatus à suis interfectus est; cum quatuordecim annos Hispanias adversum Romanos movisset. Pastor primo fuit; mox latronum dux: postremo tantos ad bellum populos concitavit, ut assertor contra Romanos Hispaniæ putaretur; & cum interfectores ejus præmium à Cæpione Consule, peterent, responsum est, Nunquam Romanis placuisse, imperatorem à suis militibus interfici.

17. Quintus Pompeius deinde Consul à Numantinis, quæ Hispaniæ civitas fuit opulentissima, superatus, pacem ignobilem fecit. Post eum Caius Hostilius Mancinus Consul iterum cum Numantinis pacem fecit infamem, quam Populus & Senatus jussit infringi, atque ipsum Mancinum hostibus tradi: ut in illo, quem auctorem fœderis habebant, injuriam soluti fœderis vindicarent. Post tantam igitur ignominiam, qua à Numantinis bis Romani exercitus fuerant subjugati, Publius Scipio Africanus secundum Consul factus, & ad Numantiam missus est. Is primùm militem

ORDO.

colléctis servis, rebellávit; et cum habéret septémdecim míllia armatórum, est superátus à Tremóllio Quæstóre. His diébus Andrógynus visus Romæ, est mersus in mare jussu arúspicum. 16. Eódem témpore Metéllus gessit egrégias res in Celtibériâ apud Hispános. Quintus Pompéius succéssit ei. Nec multo *tempore* pòst, Quintius Cæpio quoque *est* missus ad idem bellum, quod quidam Viriátus gerébat contra Romános in Lusitániâ. Quo metu Viriátus est interfectus à suis cum movísset Hispánias adversum Romános quatuórdecim annos. Primó fuit pastor; mox dux latrónum: postremò concitávit tantos pópulos ad bellum, ut putarétur assértor Hispániæ contra Romános; et cùm ejus interfectóres péterent præmium à Cæpióne Cónsule, réspónsum est, nunquam placuísse Románis, imperatórem intérfici à suis milítibus. 17. Deínde Quintus Pompéius Consul, superátus a Numantínis, quæ fuit opulentíssima cívitas Hispániæ, fecit ignóbilem pacem. Post eum Caius Hostílius Mancínus Consul íterum fecit infámem pacem cum Numantínis, quam Pópulus et Senátus jussit infríngi, atque Mancínum ipsum tradi hóstibus: ut vindicárent injúriam fœderis solúti in illo, quem habébant aúctórem fœderis. Igitur post tantam ignomíniam, quâ Románi exércitus fúerant bis subjugáti à Numantinis, Publius Scípio Africánus *est* factus Consul secúndum, et est missus ad Numántiam. Is primùm corréxit mílitem, vitiósum et ignávum exer-

 céndo

litem vitiosum & ignavum exercendo magis quam puniendo, sine aliqua acerbitate correxit. Tum multas Hispaniæ civitates partim bello cepit, partim in deditionem accepit. Postremo ipsam Numantiam, diu obsessam, fame confecit, & a solo evertit: reliquam provinciam in fidem accepit.

18. Eo tempore Attalus rex Asiæ, frater Eumenis, mortuus est, hæredemque populum Romanum reliquit. Ita Imperio Romano per testamentum Asia accessit.

19. Mox etiam Decimus Junius Brutus de Gallæcis & Lusitanis triumphavit magnâ gloriâ: & Publius Scipio Africanus de Numantinis secundum triumphum egit, anno XIV postquam priorem de Africa egerat.

20. Motum interim in Asia bellum est ab Aristonico Eumenis filio, qui ex concubina susceptus fuerat. Is Eumenes frater Attali fuerat. Adversus eum missus est P. Licinius Crassus: habuit infinita regum auxilia: nam & Bithyniæ rex Nicomedes Romanos juvit, & Mithridates Ponticus, cum quo postea bellum gravissimum fuit: & Ariarathes Cappadox, & Pylæmenes Paphlagon. Victus est tamen Crassus, & in prælio interfectus, caput ejus Aristonico oblatum est; corpus Smyrnæ sepultum. Postea Perpenna Consul Romanus, qui successor Crasso veniebat, audita belli fortunâ, ad Asiam celeravit; & acie victum Aristonicum, apud Statonicen civitatem quo fugerat, fame ad deditionem compulit. Aristonicus jussu Senatus Romæ in

ORDO.

cendo magis quam puniendo, sine aliquâ acerbitate. Tum partim cepit multas civitates Hispaniæ bello, partim accepit *eas* in deditionem. Postremo confecit Numantiam ipsam, diu obsessam, fame, et evertit *eam* à solo: accepit reliquam provinciam in fidem. 18. Eo tempore Attalus rex Asiæ, frater Eumenis, est mortuus, reliquitque Romanum Populum hæredem. Ita Asia accessit Romano, imperio per testamentum. 19. Mox etiam Decimus Junius Brutus triumphavit magnâ gloriâ de Gallæcis et Lusitanis: et Publius Scipio Africanus egit secundum triumphum de Numantinis, quarto-decimo anno, postquam egerat priorem de Africâ. 20. Interim bellum est motum in Asiâ ab Aristonico filio Eumenis, qui fuerat susceptus ex concubinâ. Is Eumenes fuerat frater Attali. Publius Licinius Crassus est missus adversus eum: habuit infinita auxilia regum: nam et Nicomedes rex Bithyniæ juvit Romanos, et Mithridates Ponticus *rex*, cum quo postea fuit gravissimum bellum: et Ariarathes Cappadox, et Pylæmenes Paphlagon. Tamen Crassus est victus, et interfectus in prælio, *et* ejus caput est oblatum Aristonico; corpus sepultum Smyrnæ. Postea Perpenna Romanus Consul, qui veniebat successor Crasso, auditâ fortunâ belli, celeravit ad Asiam, et compulit Aristonicum victum acie, apud civitatem Statonicen, quo fugerat, ad deditionem fame. Aristonicus *est* strangulatus Romæ in carcere

in carcere ſtrangulatus; triumphari enim de eo non poterat, quia Perpenna, apud Pergamum, rediens, diem obierat.

21. Lucio Cæcilio Metello, et Tito Quintio Flaminio Conſulibus, Carthago, in Africa, juſſu Senatus reparata eſt, quæ nunc manet; annis duobus et viginti poſtquam à Scipione fuerat everſa: Deducti eo ſunt cives Romani.

22. Anno DCXXVII ab urbe condita, Caius Caſſius Longinus, & Sextus Domitius Calvinus Conſules Gallis Tranſalpinis bellum intulerunt, & Avernorum nobiliſſimæ tum civitati, atque eorum regi Bituito: infinitamque multitudinem juxta Rhodanum fluvium interfecerunt. Præda ex torquibus Gallorum ingens Romam perlata eſt: Bituitus ſe Domitio dedidit, atque ab eo Romam ductus eſt magnaque gloriâ Conſules ambo triumpharunt.

23. Marco Porcio Catone, & Quinto Marco Rege Conſulibus, DCXXX anno & tertio ab urbe condita Narbona in Gallia Colonia deducta eſt. Poſt à L. Metello, et Quinto Mucio Scævola Conſulibus, de Dalmatia triumphatum eſt.

24. Ab urbe condita anno DCXXXV C. Cato Conſul Scordiſcis intulit bellum, ignominioſeque pugnavit.

25. C. Cæcilio Metello, & Cnæo Carbone Conſulibus, duo Metelli fratres eodem die alterum ex Thracia, ex Sardinia alterum, triumphum egerunt. Nunciatumque Romæ eſt, Cimbros è Gallia in Italiam tranſiſſe.

26. P.

ORDO.

cere juſſu Senátus: enim non póterat triumphári de eo, quia Perpénna, rédiens, obíverat diem apud Pérgamum. 21. Lúcio Cæcílio Metéllo, et Tito Quínto Flaminío Conſúlibus, Carthágo, in Africâ, eſt reparáta juſſu Senátûs, quæ nunc manet; duóbus et vigínti annis, poſtquam fuerat evérſa à Scípione: Románi cives ſunt dedúcti eo. 22. Sexcentéſimo vigéſimo ſéptimo anno ab urbe cónditâ, Caius Cáſſius Longínus, et Sextus Domítius Calvínus Cónſules intulerunt bellum Tranſalpínis Gallis et civitáti tum nobiliſſimæ Avernórum, atque eórum regi Bitúito: interfecerúntque infinítam multitúdinem juxta flúvium Rhódanum. Ingens præda ex tórquibus Gallórum eſt perláta Romam: Bitúitus dédidit ſe Domitio, atque ab eo eſt ductus Romam, ambóque Cónſules triumphavérunt magnâ glóriâ. 23. Marco Pórcio Catóne, et Quintio Márcio Rege Conſúlibus, ſexcentéſimo trigéſimo tértio anno ab urbe cónditâ, Colónia eſt dedúcta Narbóna in Galliâ. Póſt eſt triumphátum de Dalmátiâ à Lúcio Metéllo, et Quinto Múcio Scævolâ Conſúlibus. 24. Sexcentéſimo trigéſimo quinto anno ab urbe cónditâ, Caius Cato Conſul íntulit bellum Scordíſcis, pugnavítque ignominiósè. 25. Caio Cæcílio Metéllo, et Cnæo Carbóne Conſúlibus, duo fratres Metélli egérunt triúmphum eódem die, álterum ex Thrácîâ, álterum ex Sardíniâ. Eſtque nunciátum Romæ Cimbros

26. P. Scipione Naſica, & L. Calpurnio Beſtia Conſulibus, Jugurthæ Numidarum regi bellum illatum eſt, quod Adherbalem & Hiempſalem, Micipſæ filios, fratres ſuos, reges, et Populi Romani amicos, interemiſſet. Miſſus adverſus eum Conſul Calpurnius Beſtia, corruptus regis pecuniâ, pacem cum eo flagitioſiſſimam fecit, quæ à Senatu reprobata eſt. Poſtea contra eundem inſequenti anno Spurius Albinus Poſthumius profectus eſt. Is quoque, per fratrem, ignominioſè contra Numidas pugnavit.

27. Tertio miſſus Quintus Cæcilius Metellus Conſul, exercitum, ingenti ſeveritate & moderatione correctum, cum nihil in quenquam cruentum faceret, ad diſciplinam Romanam reduxit. Jugurtham variis præliis vicit, elephantos ejus occidit, vel cepit. Et cum jam bello finem impoſiturus eſſet, ſucceſſum eſt ei à C. Mario. Is Jugurtham, & Bocchum Mauritaniæ regem, qui auxilium Jugurthæ ferre cœperat, pariter ſuperavit.—Aliquanta & ipſe oppida Numidiæ cepit, belloque terminum poſuit, capto Jugurtha per Quæſtorem ſuum Cornelium Syllam, ingentem virum, tradente Boccho Jugurtham, qui pro eo ante pugnaverat.

28. A Marco Junio Silano collegâ Quinti Metelli Cimbri in Gallia, et à Minutio Rufo in Macedonia Scordiſci et Tribalii; et à Servilio Cæpione in Hiſpania Luſitani victi ſunt: & duo triumphi de Jugurtha, primus per Metellum, ſecundus per

ORDO.

bros tranſivíſſe ex Gállliâ in Itáliam. 26. Públio Scipióne Náſicâ, et Lúcio Calpúrnio Béſtiâ Conſúlibus, bellum eſt illátum Jugúrthæ regi Numidárum, quòd interemíſſet Adherbálem et Hiempſálem, filios Micipſæ, ſuos fratres, reges, et amícos Románi Pópuli. Conſul Calpúrnius Béſtia miſſus adverſus eum, corrúptus pecúniâ regis, fecit flagitioſíſſimam pacem cum eo, quæ eſt reprobáta à Senátu. Poſtea Spúrius Albínus Poſthúmius eſt profectus contra eúndem inſequénti anno. Is quoque, per fratrem, pugnávit ignominióſè contra Númidas. 27. Quintus Cæcílius Metéllus Conſul miſſus tértio *loco* redúxit exércitum, corréctum ingénti ſeveritáte et moderatióne, cùm fáceret nihil cruéntum in quenquam, ad Románam diſciplínam. Vicit Jugúrtham váriis prælíis, occidit, vel cepit ejus elephántos. Et cum jam eſſet impoſitúrus finem bello, eſt ſuccéſſum ei Caio Mario. Is ſuperávit páriter Jugúrtham, et Bocchum regem Mauritániæ; qui cœperát ferre auxílium Jugúrthæ. Ipſe et cepit aliquánta óppida Numidiæ, poſuítque términum bello, Jugúrthâ capto per ſuum Quæſtórem Cornélium Syllam, ingéntem virum, Boccho tradénte Jugúrtham, qui pugnáverat pro eo antè. 28. Cimbri ſunt victi in Gállliâ à Marco Júnio Siláno collégâ Quinti Metelli, et Scordíſci et Tribálli à Minútio Rufo in Macedónia, et Luſitáni à Servílio Cæpióne in Hiſpániâ: et duo triúmphi ſunt acti de Jugúrthâ, primus per Metéllum, ſecúndus

per Marium acti sunt. Ante currum tamen Marii Jugurtha cum duobus filiis ductus est catenatus, & mox jussu Consulis in carcere strangulatus.

ORDO.

secúndus per Márium. Tamen Jugúrtha catenátus est ductus, cum duóbus filiis, ante currum Márii, et mox strangulátus in cárcere jussu Consulis.

LIBER QUINTUS.

1. DUM bellum in Numidia contra Jugurtham geritur, Romani Consules, Marcus Manilius et Quintus Cæpio a Cimbris et Teutonibus, et Tigurinis, et Ambronibus, quæ erant Germanorum et Gallorum gentes, victi sunt juxta flumen Rhodanum; et ingenti internecione attriti, etiam castra sua, et magnam partem exercitus perdiderunt. Timor Romæ grandis fuit, quantus vix Annibalis tempore Punicis bellis, ne iterum Galli Romam venirent. Ergo Marius post victoriam Jugurthinam secundum Consul est factus, bellumque ei contra Cimbros et Teutones decretum est. Tertio quoque ei et quarto delatus est Consulatus: quia bella cum Cimbris protrahebantur; sed in quarto Consulatu collegam habuit Quintum Luctatium Catulum. Cum Cimbris itaque conflixit, et duobus præliis cc millia

ORDO.

1. Dum bellum géritur in Numídiâ contra Jugúrtham, Románi Cónsules, Marcus Manílius et Quintus Cæpio sunt victi à Címbris et Teutónibus, et Tigurínis et Ambrónibus, quæ erant gentes Germanórum et Gallórum, juxta flumen Rhódanum; et attríti ingénti internecióne, perdidérunt etiam, sua castra, et magnam partem exércitûs. Fuit grandis timor Romæ, quantus vix *fuit* témpore Annibalis Púnicis bellis, ne Galli venírent Romam íterum. Ergo Márius est factus Consul secúndum post Jugurthínam victóriam, bellúmque contra Cimbros et Teutónes est decrétum ei. Consulátus quoque est delátus ei tértiò et quartò: quia bella cúm Cimbris protrahebantur; sed in quarto Consulátu habuit Quintum Luctátium Cátulum collégam. Itáque conflíxit cum Cimbris, et duóbus præliis cepit ducénta

millia cepit, & ducem eorum Teutobodum, propter quod meritum, abſens quintùm Conſul eſt factus.

2. Interea Cimbri et Teutones, quorum copia adhuc infinita erat, ad Italiam tranſierunt. Iterum à Caio Mario et Quinto Catulo contra eos dimicatum eſt: ſed à Catuli parte felicius. Nam eo prælio, quod ſimul ambo geſſerunt, cxl millia aut in pugna, aut in fuga cæſa ſunt; et lx millia capta. Romani milites ex utroque exercitu trecenti perierunt. Tria et triginta ſigna, Cimbris ſublata ſunt; ex his exercitus Marii duo reportavit, Catuli exercitus xxx et unum. Is belli finis fuit: triumphus utrique decretus eſt.

3. Sexto Julio Cæſare, et L. Marcio Philippo Conſulibus, ſexcenteſimo quinquageſimo nono anno ab urbe condita, cum prope alia omnia bella ceſſaſſent, in Italia graviſſimum bellum Picentes, Marſi, Pelignique moverunt qui, cum annis numeroſis jam Populo Romano obedirent, tum libertatem ſibi æquam aſſerere cœperunt. Pernicioſum admodum hoc bellum fuit. P. Rutilius Conſul in eo occiſus eſt; Cæpio nobilis juvenis, et Porcius Cato alius Conſul. Duces autem adverſus Romanos Picentibus et Marſis fuerunt, Titus Vietius, Hierus Aſinius, Titus Herennius, Aulus Cluentius. A Romanis bene contra eos pugnatum eſt à Caio Mario, qui ſexies Conſul fuerat; et à Cnæo Pompeio, maxime tamen à Lucio Cornelio Sylla, qui inter alia facta

ORDO.

ducénta míllia, et Teutobódum córum ducem, propter quod méritum, abſens eſt factus Conſul quintùm. 2. Intérea Cimbri et Teutónes, quorum erat adhuc infinita cópia, tranſivérunt ad Itáliam. Iterum eſt dimicátum à Caio Mário et Quinto Cátulo contra eos; ſed feliciùs à parte Cátuli. Nam eo prælio, quod ambo geſſérunt ſimul, centum quadragínta míllia ſunt cæſa aut in pugnâ, aut in fugâ; et ſexagínta míllia capta. Trecénti Románi mílites ex utróque exércitu perivérunt. Tria et trigínta ſigna ſunt ſubláta Cimbris; exércitus Márii reportávit duo ex his, exércitus Cátuli trigínta et unum. Is fuit finis belli: triúmphus eſt decrétus utríque. 3. Sexto Júlio Cæſáre, et Lúcio Márcio Philíppo Conſúlibus, ſexcentéſimo quinquagéſimo nono anno ab urbe cónditâ, cùm propè ómnia ália bella ceſſaviſſent, Picéntes Marſi, Peligníque movérunt graviſſimum bellum in Itáliâ, qui, cùm jam obedírent Romáño Pópulo numeróſis annis, tum cœpérunt aſſérere æquam libertátem ſibi. Hoc bellum fuit ádmodum pernicióſum, Públius Rutílius Conſul eſt occíſus in eo: Cæpio nóbilis júvenis, et Pórcius Cato álius Conſul. Autem Titus Viétius, Hierus Aſínius, Titus Herénnius, *et* Aulus Cluéntius fuérunt duces Picéntibus et Marſis advérſus Romáños. Eſt pugnátum benè a Romáñis contra eos a Caio Mário, qui fúerat conſul ſexies; et a Cnæo Pompéio, tamen máximè a Lúcio Cornélio Syllâ, qui inter ália egrégia

facta

facta egregia, ita Cluentium hostium ducem cum magnis copiis fudit ut ex suis nec unum amitteret. Quadriennio, cum gravi tamen calamitate, hoc bellum tractum est. Quinto demum anno finem accepit per Lucium Cornelium Syllam Consulem, cum antea in eodem bello ipse multa strenuè Prætor gessisset.

4. Anno urbis conditæ DCLXII primum Romæ bellum Civile C. Marius sexies Consul dedit. Nam cum Sylla Consul contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asiam et Achaiam occupaverat, mitteretur: isque exercitum in Campania paulisper teneret, ut belli Socialis, de quo diximus, quod intra Italiam gestum fuerat, reliquiæ tollerentur, Marius affectavit, ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. Qua re Sylla commotus cum exercitu ad urbem venit. Illic contra Marium et Sulpicium dimicavit. Primus urbem Roman ingressus est. Sulpicium interfecit, Marium fugavit: atque ita Consulibus ordinatis in futurum annum, Cnæo Octavio, et L. Cornelio Cinna, ad Asiam profectus est.

5. Mithridates enim, qui Ponti rex erat atque Armeniam Minorem, et totum Ponticum mare in circuitu cum Bosphoro tenebat, primo Nicomedem amicum Populi Romani Bithynia voluit expellere: Senatuique mandavit, bellum se ei propter injurias quas passus fuerat illaturum. A Senatu responsum est Mithridati, si id faceret, quòd et ipse bellum à Romanis pateretur. Quâ re iratus, Cappadociam statim occupavit, et ex ea Ariobarzanem regem

ORDO.

facta, ita fudit Cluéntium ducem hóstium cum magnis cópiis, ut amitteret nec unum ex suis. Hoc bellum est tractum quadriénnio, tamen cum gravi calamitáte. Demum quinto anno accépit finem per Lúcium Cornélium Syllam Cónsulem, cùm ánteà ipse prætor gessísset multa strénuè in eódem bello. 4. Sexcentésimo sexagésimo secúndo anno urbis cónditæ, Caius Márius sexies Consul dedit primum civíle bellum Romæ. Nam cúm Sylla Consul mitterétur gestúrus bellum contra Mithridátem, qui occupáverat Asiam et Achàiam: isque tenéret exércitum paulísper in Campániâ, ut relíquiæ Sociális belli, de quo díximus, quod fúerat gestum intra Itáliam, tolleréntur, Márius affectávit ut ipse mitterétur ad Mithridáticum bellum. Quâ re Sylla commótus venit ad urbem cum exércitu. Illic dimicávit contra Márium et Sulpícium. Est primus *civis* ingréssus urbem Romam *armátus contra eam*. Sulpícium, interfécit fugavit Márium: atque ita Cnæo Octávio, et Lúcio Cornélio Cinnâ ordinátis Consúlibus in annum futúrum, est profectus ad Asiam. 5. Enim Mithridátes, qui erat rex Ponti, atque tenébat Arméniam Minórem, et totum Pónticum more in circúitu cum Bósphoro, primò vóluit expéllere Nicomédem amícum Románi Pópuli e Bithyniâ: mandavítque Senátui, se illatúrum bellum ei propter injúrias quas fúerat passus. Est respónsum Mithridáti à Senátu, si faceret id, quòd et ipse patarétur bellum à Románis. Quâ re irátus, statim occupávit Cappadóciam,

et

regem et amicum Populi Romani fugavit. Mox etiam Bithyniam invasit, et Paphlagoniam, pulsis ex ea regibus, amicis Populi Romani, Pylæmene et Nicomede. Inde ad Ephesum contendit: et per omnem Asiam literas misit, ut ubicunque inventi essent cives Romani uno die occiderentur.

6. Interea etiam Athenæ, civitas Achaiæ, ab Aristone, Atheniensi, Mithridati tradita est. Miserat enim jam ad Achaiam Mithridates Archelaum ducem suum, cum cxx millibus equitum ac peditum: per quem etiam reliqua Græcia occupata est. Sylla Archelaum apud Piræeum non longe ab Athenis obsedit, ipsamque urbem cepit. Postea commisso prælio contra Archelaum, ita eum vicit, ut ex cxx millibus vix decem superessent Archelao, et ex Syllæ exercitu xiv tantum homines interficerentur. Hac pugnâ Mithridates cognita, lxx millia lectissima ex Asia Archelao misit, contra quem Sylla iterum commisit. Primo prælio viginti millia hostium interfecta sunt, filiusque Archelai Diogenes: secundo omnes Mithridatis copiæ extinctæ sunt. Archelaus ipse triduo nudus in paludibus latuit. Hac re cognitâ, Mithridates cum Sylla de pace agere cœpit.

7. Interim eo tempore Sylla etiam Dardanos, Scordiscos, Dalmatas & Mœsos partim vicit, alios in fidem accepit. Sed cum legati à rege Mithridate, qui pacem petebant, venissent, non aliter se daturum Sylla esse respondit, nisi rex, relictis his quæ occupaverat,

ORDO.

et ex eâ fugávit Ariobárzanem regem et amícum Románi Pópuli. Mox étiam invásit Bithyniam et Paphlagóniam, Pylæménè et Nicomède régibus, amícis Románi Populi, pulsis ex eâ. Inde conténdit ad Ephesum: et misit líteras per omnem Asiam, ut ubicúnque Románi cives essent invénti, occideréntur uno die. 6. Intérea étiam Athénæ, cívitas Achâiæ, est trádita Mithridáti ab Aristone Atheniénsi. Enim jam Mithridátes míserat suum ducem Archeláum ad Achâiam, cum céntum vigínti míllibus équitum ac péditum: per quem étiam réliqua Græcia est occupáta. Sylla obsédit Archeláum apud Piræeum non longè ab Athénis, cepítque urbem ipsam. Póstea commísso prælio contra Archeláum, ita vicit eum, ut ex centum vigínti míllibus, vix decem superéssent Archelâo, et ex exércitu Syllæ tantúm quatuórdecim hómines interficeréntur. Hac pugnâ cógnitâ, Mithridátes misit septuagínta míllia lectíssima ex Asiâ Archelâo, contra quem Sylla íterum commisit. Primo prælio vigínti míllia hóstium sunt interfécta, Diogenésque fílius Archelái: secúndo omnes cópiæ Mithridátis sunt extínctæ. Archeláus ipse látuit nudus tríduo in palúdibus. Hac re cógnitâ, Mithridátes cœpit ágere cum Syllâ de pace. 7. Interim eo témpore Syllâ, partim vicit étiam Dardános, Scordíscos, Dalmatas, et Mœsos, *et* accépit álios in fidem. Sed cùm legáti, qui petébant pacem, veníssent à rege Mithridáte, Sylla respóndit, se non áliter esse datúrum *eam* nisi rex redi-

víssęt

cupaverat, ad regnum ſuum rediiſſet. Poſtea tamen ad colloquium ambo venerunt, pax inter eos ordinata eſt; ut Sylla ad bellum civile feſtinans, a tergo periculum non haberet. Nam cum Sylla in Achaia atque Aſia Mithridatem vicit, Marius qui fugatus erat, et Cornelius Cinna unus ex Conſulibus, bellum in Italia repararunt: & ingreſſi urbem Romam, nobiliſſimos ex Senatu & Conſulares viros interfecerunt, multos proſcripſerunt; ipſius Syllæ domo everſâ, filios & uxorem ad fugam compulerunt: univerſus reliquus Senatus, ex urbe fugiens, ad Syllam in Græciam venit orans ut patriæ ſubveniret. Ille in Italiam trajecit, bellum Civile geſturus adverſus Norbanum & Scipionem Conſules, & primo prælio contra Norbanum dimicavit non longe à Capua; tum vii millia ejus cecidit, vi millia cepit, cxxiv ſuorum amiſit. Inde etiam ſe ad Scipionem convertit, & ante prælium totum ejus exercitum ſine ſanguine in deditionem accepit.

8. Sed cum Romæ mutati Conſules eſſent, & Marius Marii filius, ac Papirius Carbo Conſulatum accepiſſent, Sylla tamen contra Marium Juniorem dimicavit; & xv millibus ejus occiſis cccc de ſuis perdidit. Mox etiam & urbem ingreſſus eſt. Marium Marii filium, Prænеſte perſequutus, obſedit & ad mortem compulit. Rurſus pugnam graviſſimam habuit contra Lamponium & Carinatem duces partis Marianæ ad portam Collinam. Lxxix millia hoſtium in eo

ORDO.

víſſet ad ſuum regnum, relíctis hís quæ occupáverat. Tamen póſteà ambo venérunt ad colloquium, pax eſt ordináta inter eos; ut Sylla, feſtínans ad civíle bellum, non habéret perículum à tergò. Nam cùm Sylla vicít Mithridátem in Achâiâ atque Aſiâ, Marius, qui erat fugátus, et Cornélius Cinna unus ex Conſúlibus reparavérunt bellum in Itáliâ: et ingréſſi urbem Romam, interfécerunt nobilíſſimos ex Senátu, et Conſuláres viros, *et* proſcripſérunt multo; domo Syllæ ipſius evérſâ, compulérunt filios et uxórem ad fugam: univérſus reliquus Senátus, fúgiens ex urbe, venit in Græciam ad Syllam, orans ut ſubveníret pátriæ. Ille trajécit in Itáliam, geſtúrus cívile bellum advérſus Norbánum et Scipiónem Cónſules, et primo prælio dimicávit contra Norbánum, non longè à Cápuâ: tum cecídit ſeptem míllia ejus *mílitum*, cepit ſex míllia *et* amíſit centum vigínti quátuor ſuórum. Inde étiam convértit ſe ad Scipiónem et ante prælium accépit ejus totum exércitum in deditiónem ſine ſánguine. 8. Sed cùm Cónſules eſſent mutáti Romæ, et Márius filius Márii, ac Papírius Carbo accepíſſent Conſulátum, tamen Sylla dimicávit contra Márium Juniórem: et, quíndecim míllibus ejus occíſis, pérdidit quadringéntos de ſuis. Mox étiam et eſt ingréſſus urbem. Perſequútus Marium filium Márii Prænéſte, obſédit, et cómpulit *eum* ad mortem. Rurſus hábuit graviſſimam pugnam contra Lampónium et Carinátem duces Mariánæ partis ad Collínam portam.

Septuagínta

eo prælio contra Syllam fuisse dicuntur: xii millia se Syllæ dediderunt: cæteri in acie, in castris, in fuga, insatiabili ira victorum consumpti sunt. Cnæus quoquæ Carbo, Consul alter, ab Arimino ad Siciliam fugit; et ibi per Cnæum Pompeium interfectus est: quem adolescentem Sylla annos unum et xx natum, cognita ejus industriâ, traditis ejus exercitibus præfecerat, ut secundus à Sylla haberetur.

9. Occiso ergo Carbone, Pompeius Siciliam recepit. Transgressus inde ad Africam, Domitium Marianæ partis ducem, et Hiarbam regem Mauritaniæ, qui Domitio auxilium ferebat, occidit. Post hæc, Sylla de Mithridate ingenti gloriâ triumphavit. Cnæus etiam Pompeius, quod nulli Romanorum tributum erat, quartum et xx annum agens, de Africa triumphavit. Hunc finem habuerunt duo bella funestissima; Italicum, quod et Sociale dictum, et Civile: quæ ambo tracta sunt per annos decem, consumpserunt ultra cl milia hominum, viros consulares xxxiv, Prætorios vii, Ædilitios lx, Senatores fere ccc.

ORDO.

Septuagínta novem míllia hóstium dicúntur fuísse in eo prælio contra Syllam: duodecim míllia dedidérunt se Syllæ: cæteri sunt consúmpti in ácie, in castris, *et* in fugâ insatiábili irâ victórum. Quoque Cnæus Carbo, alter Consul, fugit ab Arímino ad Sicíliam; et ibi est interféctus per Cnæum Pompéium: quem adolescéntem, natum unum et vigínti annos, Sylla præfécerat ejus exercítibus tráditis, ejus indústriâ cógnitâ, *ita* ut haberétur, secúndus a Syllâ. 9. Ergo Carbóne occíso Pompéius recépit Sicíliam. Transgréssus inde ad Africam, occídit Domítium ducem Mariánæ partis, et Hiarbam regem Mauritániæ, qui ferébat auxílium Domítio. Post hæc, Scylla triumphávit de Mithridáte ingénti glóriâ. Etiam Cnæus Pompéius, ágens quartum et vigésimum annum, triumphávit de Africâ, quod erat tribútum nulli Romanórum. Duo funestíssima bella habuérunt hunc finem; Italicum, quod *erat* dictum et Sociále, et Civíle: ambo quæ sunt tractáta per decem annos, *et* consumpsérunt ultra centum quinquagínta míllia hóminum, vigínti quátuor Consuláres viros, septem Prætorios sexagínta Ædilítios, *et* feré trecéntos Senatóres.

LIBER SEXTUS.

1. MARCO Æmilio Lepido Quinto Catulo Conſulibus, cum Scylla Rempublicam compoſuiſſet, bella nova exarſerunt: unum, in Hiſpania: aliud, in Pamphilia et Cilicia; tertium, in Macedonia; quartum, in Dalmatia. Nam Sertorius, qui partium Marianarum fuerat, timens fortunam cæterorum, qui interempti erant, ad bellum commovit Hiſpanias. Miſſi ſunt contra eum duces Quintus Cæcilius Metellus, filius ejus qui Jugurtham regem vicit, et Lucius Domitius Prætor. A Sertorii duce Hirtuleio Domitius occiſus eſt: Metellus vario ſucceſſu contra Sertorium dimicavit. Poſtea cum impar pugnæ ſolus Metellus putaretur, Cnæus Pompeius ad Hiſpanias miſſus eſt. Ita duobus ducibus adverſis, Sertorius fortuna varia ſæpe pugnavit. Octavo demum anno à ſuis occiſus eſt, et finis ei bello datus per Cn. Pompeium adoleſcentem, et Quintum Metellum Pium; atque omnes propè Hiſpaniæ in ditionem Populi Romani redactæ ſunt.

2. Ad Macedoniam miſſus eſt Appius Claudius poſt Conſulatum. Levia prælia habuit contra

ORDO.

1. Marco Æmílio Lépido, *et* Quinto Cátulo Conſúlibus, cúm Sylla compoſuíſſet Rempúblicam, nova bella exarſérunt: unum in Hiſpániâ; áliud, in Pamphíliâ et Cilíciâ; tértium, in Macedóniâ; quartum, in Dalmátiâ. Nam Sertórius, qui fúerat Marianárum pártium, timens fortúnam cæterórum, qui erant interémpti, commóvit Hiſpánias ad bellum. Duces miſſi contra eum ſunt Quintus Cæcílius Metéllus, filius ejus qui vicit Jugúrtham regem, et Lúcius Domítius prætor. Domítius eſt occíſus ab Hirtuléio duce Sertorii: Metéllus dimicávit vário ſuccéſſu contra Sertórium. Póſteà cùm Metéllus ſolus putarétur impar pugnæ, Cnæus Pompélus eſt miſſus ad Hiſpánias. Ita Sertórius ſæpè pugnávit váriâ fortúnâ, duóbus dúcibus advérſis. Demum octávo anno eſt occíſus à ſuis, et finis datus ei bello per Cnæum Pompéium adoleſcéntem, et Quintum Metéllum Pium; atque propè omnes Hiſpániæ ſunt redáctæ in ditiónem Románi Pópuli. 2. Appius Claúdius, poſt Conſulátum, eſt miſſus ad Macedóniam. Hábuit lévia prælia

tra varias gentes, quæ Rhodopam provinciam incolebant: atque ibi morbo mortuus est. Missus ei successor Cnæus Scribonius Curio post Consulatum: is Dardanos vicit & usque ad Danubium penetravit, triumphumque meruit, et intra triennium finem bello dedit.

3. Ad Ciciliam & Pamphiliam missus est P. Servilius ex Consule, vir strenuus. Is Ciliciam subegit, Lyciæ urbes clarissimas oppugnavit, et cepit, in his Phaselidem, Olympum, Coricum Ciliciæ. Isauros quoque aggressus, in deditionem redegit, atque intra triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanorum in Tauro iter fecit. Revertens triumphum accepit, & nomem Isaurici meruit.

4. Ad Illyricum missus est Cnæus Cosconius pro Consule: multam partem Dalmatiæ subegit, Salonas cepit: et, composito bello Romam post biennium rediit.

5. Iisdem temporibus, Consul Marcus Æmilius Lepidus, Catuli collega, bellum Civile voluit commovere: intra tamen unam æstatem motus ejus oppressus est. Ita, uno tempore, multi simul triumphi fuerunt; Metelli, ex Hispania; Pompeii, secundus ex Hispania; Curionis, ex Macedonia; Servilii, ex Isauria.

6. Anno urbis conditæ DCLXXVI L. Licinio Lucullo, & Marco Aurelio Cotta consulibus, mortuus est Nicomedes rex Bithyniæ, et per testamentum Populum Romanum fecit hæredem. Mithridates, pace rupta, Bithyniam

ORDO.

prælia contra várias gentes, quæ incolébant provínciam Rhódopam: atque ibi est mórtuus morbo. Cnæus Scribónius Cúrio est missus succéssor ei post Consulátum: is vicit Dárdanos, et penetrávit usque ad Danúbium, meruítque triúmphum, et intra triénnium dedit finem bello. 3. Públius Servílius, ex Cónsule, strénuus vir, est missus ad Cilíciam et Pampíliam. Is subégit Cilíciam, oppugnávit et cepit clárissimas urbes Lyciæ, in his Phaselidem, Olympum, *et* Córicum Cilíciæ. Aggréssus Isaúros quoque, redégit *eos* in deditiónem, atque intra triénnium dedit finem bello. Primus ómnium Romanórum fecit iter in Tauro. Revértens accépit triúmphum, et méruit nomen Isaúrici. 4. Cnæus Coscónius pro Cónsule est missus ad Illyricum: subégit multam partem Dalmátiæ, cepit Salónas, et bello compósito, post biénnium redívit Romam. 5. Iísdem tempóribus, Consul Marcus Æmílius Lépidus, Colléga Catuli, vóluit commovére civíle bellum: tamen intra unam æstátem ejus motus est oppréssus. Ita, uno témpore, fuerunt múlti triúmphi simul; *triúmphus* Metélli, ex Hispániâ; secúndus Pompéii, ex Hispániâ; Curiónis, ex Macedóniâ; *et* Servílii, ex Isaúriâ. 9. Sexcentesimo septuagésimo sexto anno urbis cónditæ, Lúcio Licínio Lucúllo, et Marco Aurélio Cotta Consúlibus, Nicomédes rex Bithyniæ, est mortuus et fecit Romanum Pópulum hæredem per testaméntum. Mithridátes, pace ruptâ, vóluit rursus invadere Bithyniam et

Asiam

niam & Asiam rursus voluit invadere. Adversus eum ambo Consules missi variam habuere fortunam. Cotta apud Chalcedonem victus ab eo acie, etiam intra oppidum coactus est, & obsessus. Sed cum se inde Mithridates Cyzicum transtulisset, ut, Cyzico capto, totam Asiam invaderet, Lucullus ei alter Consul occurrit: ac dum Mithridates in obsidione Cyzici commoraretur, ipse a tergo obsedit, fameque consumpsit, & multis præliis vicit. Postremo Byzantium (quæ nunc Constantinopolis est) fugavit. Navali quoque prælio duces ejus Lucullus oppressit. Ita una hyeme & æstate, a Lucullo ad centum fere millia hominum ex parte regis extincta sunt.

7. Anno urbis Romæ DCLXXVIII Macedoniam provinciam M. Licinius Lucullus accepit, consobrinus Luculli, qui contra Mithridatem bellum gerebat. Et in Italia novum bellum subito commotum est. LXXX enim & quatuor gladiatores, ducibus Spartaco, Chryso & Oenomao, effracto Capuæ ludo, effugerunt: & per Italiam vagantes, pene non levius bellum in ea, quam Annibal moverat, paraverunt: nam multis ducibus, & duobus simul Romanorum Consulibus victis, sexaginta fere millium armatorum exercitum congregaverunt: victique sunt in Apulia a M. Licinio Crasso Proconsule, et post multas calamitates Italiæ, tertio anno bello huic finis imponitur.

8. Sexcentesimo octogesimo primo urbis conditæ anno, P. Cornelio Lentulo & Cnæo Aufidio

ORDO.

Asiam. Advérsus eum ambo Cónsules missi habuêre váriam fortunam. Cotta victus ácie ab eo apud Chalcedónem, est cóactus étiam intra óppidum, et obséssus. Sed cum Mithridátes transtulísset se inde Cyzicum, ut inváderet totam Asiam, Cyzico capto, Lucúllus alter Consul occúrrit ei: ac dum Mithridátes commorarêtur in obsidióne Cyzici, ipse obsédit *eum* a tergo, cónsumpsítque fame, et vicít *eum* multis præliis. Postrémò fugávit *eum* Byzántium, quæ nunc est Constantinópolis. Naváli prælio quoque Lucúllus oppréssit ejus duces. Ita unâ hiemé et æstate míllia hóminum ferè ad centum *míllia* ex parte regis sunt extícta a Lucúllo. 7. Sexcentésimo septuagésimo octávo anno urbis Romæ, Marcus Licínius Lucúllus accépit Provínciam Macedóniam, consobrínus Lucúlli, qui gerébat bellum contra Mithridátem. Et in Itáliâ novum bellum súbitó est commótum. Enim octogínta et quátuor gladiatores ludo effrácto Cápuæ, effugérunt, Spartáco, Chryso, et Oenomáo ducibus: et vagántes per Itáliam paravérunt penè non lévius bellum in eâ, quàm Annibal móverat: nam, multis dúcibus, et duóbus Consúlibus Romanórum victis simul, congregavérunt exércitum feré sexagínta míllium armatórum: suntque victi in Apúliâ a Marco Licínio Crasso Procónsule, et post multas calamitátes Itáliæ, tértio anno finis impónitur huic bello. 8. Sexcentésimo octogésimo primo anno urbis cónditæ, Públio Cornélio Léntulo, et Cnæo Aufídio Oréste Consúlibus,

fidio Oreſte Conſulibus, duo tantum gravia bella in Imperio Romano erant, Mithridaticum & Macedonicum. Hæc duo Luculli agebant, L. Lucullus, & M. Lucullus. L. ergo Lucullus poſt pugnam Cyzicenam, qua vicerat Mithridatem, & navalem, qua duces ejus oppreſſerat, perſecutus eſt eum: & recepta Paphlagonia atque Bithynia, etiam regnum ejus invaſit. Sinopen & Amiſum civitates Ponti nobiliſſimas cepit; ſecundo prælio apud Cabira civitatem, quo ingentes copias ex omni regno adduxerat Mithridates, cum triginta millia lectiſſima regis a quinque Romanorum millibus vaſtata eſſent, Mithridates fugatus, & caſtra ejus direpta. Armenia quoque Minor, quam tenuerat, eidem ſublata eſt. Suſceptus tamen eſt Mithridates, poſt fugam, a Tigrane Armeniæ rege: qui tum ingenti gloria imperabat. Perſa ſæpe vicerat, Meſopotamiam occupaverat, & Syriam, et Phœnices partem.

9. Ergo Lucullus, repetens hoſtem fugatum, etiam regnum Tigranis, qui Armeniis imperabat, ingreſſus eſt. Tigranocerta civitatem Armeniæ nobiliſſimam cepit; ipſum regem, cum ſexcentis millibus ſagittariorum et armatorum venientem, octodecim millia militum habens, ita vicit, ut magnam partem Armeniorum deleverit. Inde Niſibin profectus, eam quoque civitatem cum regis fratre cepit. Sed hi, quos in Ponto Lucullus reliquerat cum exercitûs parte, ut regiones victas, etiam Romanos, tuerentur, negligenter ſe & avare agentes, occaſionem iterum

ORDO.

tantúm duo grávia bella erant in Románo império, Mithridáticum et Macedónicum. Duo Lucúlli, *ſcílicet* Lúcius Lucúllus, et Marcus Lucúllus, agébant hæc. Ergo Lúcius Lucúllus, poſt Cyzicénam pugnam, quâ vícerat Mithridátem, et naválem, quâ oppréſſerat ejus duces, eſt perſequútus eum: et Paphlagóniâ atque Bithyniâ recéptâ, etiám invásit ejus regnum. Cepit Sinópen & Amiſum nobiliſſimas civitátes Ponti; ſecúndo prælio apud civitátem Cabíra, quo Mithridátes addúxerat ingéntes cópias ex omni regno, cùm trigínta millia ſelectíſſima regis eſſent vaſtáta a quinque míllibus Romanórum, Mithridátes *eſt* fugátus, et ejus caſtra dirépta. Arménia Minor quoque, quam tenúerat, eſt ſubláta eidem. Tamen Mithridátes eſt ſuſcéptus, poſt fugam, a Tigráne rege Arméniæ; qui tum imperábat ingénti glóriâ. Vícerat Perſas ſæpe, occupáverat Meſopotámiam, et Syriam, et partem Phœníces. 9. Ergo Lucúllus, répetens hoſtem fugátum, étiam eſt ingréſſus regnum Tigránis, qui imperábat Arméniis. Cepit Tigranocérta nobiliſſimam civitátem Arméniæ; habens octódecim míllia mílitum, ita vicit regem ipſum, veniéntem cum ſexcéntis míllibus ſagittariórum et armatórum, ut deléverit magnam partem Armeniórum. Inde profectus Niſibin, cepit eam civitátem quoque cum fratre regis. Sed hi, quos Lucúllus relíquerat in Ponto cum parte exercitûs, ut tueréntur victas regiónes, *et* étiam Romá-

nos,

iterum Mithridati in Pontum irrumpendi dederunt, atque ita bellum renovatum eſt. Lucullo paranti, capta Niſibi, contra Perſas expeditionem, ſucceſſor eſt miſſus.

10. Alter Lucullus, qui Macedoniam adminiſtrabat, Beſſis Romanorum primus intulit bellum, atque eos ingenti prælio in Æmo monte ſuperavit: oppidum Uſcudamam, quod Beſſi habitabant, eodem die quo aggreſſus eſt, vicit: Cabylen cepit; uſque ad Danubium penetravit. Inde multas ſuper Pontum poſitas civitates aggreſſus eſt. Illic Apolloniam evertit, Calatin, Parthenopolin, Tomos, Iſtrum, Byziam omnem cepit; belloque confecto, Romam rediit: ambo tamen triumphaverunt; Lucullus, qui contra Mithridatem pugnaverat, majori gloria, cum tantorum regnorum victor rediiſſet.

11. Confecto bello Macedonico, manente Mithridatico, quod, recedente Lucullo, rex collectis auxiliis reparaverat, bellum Creticum ortum eſt: ad id miſſus Cæcilius Metellus, ingentibus prœliis intra triennium omnem provinciam cepit, appellatuſque eſt Creticus; atque ex inſula triumphavit. Quo tempore Lybia quoque Romano imperio per teſtamentum Apionis, qui rex ejus fuerat, acceſſit, in quâ inclytæ civitates erant, Beronice, Ptolemais et Cyrene.

12. Dum hæc geruntur, Piratæ omnia maria infeſtabant; ita ut navigatio Romanis, toto orbe victoribus, ſola tuta non eſſet. Quare id bellum Cnæo Pompeio

ORDO.

nos, agéntes ſe negligénter et avárè, dedérunt occaſiónem íterum Mithridáti irrumpéndi in Pontum, atque ita bellum eſt renovátum. Succéſſor eſt miſſus Lucúllus paránti expeditiónem contra Perſas, Niſibi captâ. 10. Alter Lucúllus, qui adminiſtrábat Macedóniam, primus Romanórum íntulit bellum Beſſis, atque ſuperávit eos ingénti prælio in monte Æmo: vicit oppidum Uſcudámam, quod Beſſi habitábant, eódem die, quo eſt aggréſſus: cepit Cabylen; penetrávit uſque ad Danúbium. Inde eſt aggréſſus multas civitátes póſitas ſuper Pontum. Illic evértit Apollóniam, cepit Calatin, Parthenopólin, Tomos, Iſtrum *et* omnem Byziam; bellóque confécto, redívit Romam: tamen ambo triumphavérunt: Lucúllus, qui pugnáverat contra Mithridátem, *triumphávit* majóri glóriâ, cum rediviſſet victor tantórum regnórum. 11. Macedónico bello confécto, Mithridático manénte, quod rex reparáverat auxíliis colléctis, Lucúllo recedénte, Creticum bellum eſt ortum: Cæcílius Metéllus miſſus ad id, cepit omnem Provínciam ingéntibús prœliis intra triénnium, eſtque appellátus Créticus; atque triumphávit ex ínſulâ. Quo témpore Lybia quoque acceſſit Románo império per teſtaméntum Apiónis, qui fúerat rex éjus, in quâ erant ínclytæ civitátes Berenice, Ptolemáis et Cyréne. 12. Dum hæc gerúntur, Pirátæ infeſtábant omnia márias; ita ut navigátio ſola non eſſet tuta Románis, victóribus toto orbe. Quare

Pompeio decretum est: quod intra paucos menses ingenti felicitate et celeritate confecit. Mox ei delatum bellum etiam contra regem Mithridatem, & Tigranem: quo suscepto, Mithridatem in Armenia Minore, nocturno prælio, vicit, castra diripuit: quadraginta millibus ejus occisis, viginti tantum de exercitu suo perdidit, & duos Centuriones. Mithridates cum uxore fugit, duobus comitibus; neque multo post, cum in suos sæviret, Pharnacis filii sui seditione apud milites, ad mortem coactus, venenum hausit. Hunc finem habuit Mithridates: periit autem apud Bosphorum, vir ingentis industriæ consiliique. Regnavit annos sexaginta: vixit septuaginta duo: contra Romanos bellum habuit annos quadraginta.

13. Tigrani deinde Pompeius bellum intulit; ille se ei dedidit, in castra Pompeii sexto decimo milliario ab Artaxata venit: ac diadema, suum, cum procubuisset ad genua Pompei, in manibus ejus collocavit, quod ei Pompeius reposuit, honorificeque eum habitum, regni tamen parte mulctavit, & grandi pecunia; adempta est ei Syria, Phœnice, Sophene: sex millia præterea talentorum argenti, quæ Populo Romano daret, quia bellum sine causa Romanis commovisset.

14. Pompeius mox etiam Albanis bellum intulit, et eorum regem Orodem ter vicit: postremo per epistolas, et munera rogatus, veniam ei ac pacem dedit. Iberiæ quoque regem Arthacem vicit acie, et in deditionem

ORDO.

id bellum est decrétum Cnæo Pompéio; quod confécit intra paucos menses ingénti felicitáte et celeritáte. Mox etiam bellum contra regem Mithridátem et Tigránem *est* delátum ei: quo súscépto, vicit Mithridátem in Arméniâ Minore, nocturno prælio, *et* dirípuit castra; quadragínta míllibus ejus occísis, pérdidit tantùm vigínti de suo exército, et duos Centuriónes. Mithridátes fugit cum uxóre, *et* duóbus comitibus; neque multò pòst, cúm sæviret in suos, coáctus ad mortem, seditióne Pharnácis sui fílii apud mílites, hausit venénum. Mithridátes hábuit hunc finem: autem perívit apud Bósporum, vir ingéntis indústriæ consiliique. Regnávit sexaginta annos: vixit septuagínta duos: hábuit bellum contra Romános quadragínta annos. 13. Deínde Pompéius íntulit bellum Tigráni; ille dédidit se ei, *et* venit in castra Pompéii sexto-decimo milliário ab Artaxátâ: ac cùm procubuísset ad génua Pompéii, collocávit suum diadéma in ejus mánibus, quod Pompéius repósuit ei, mulctavitque eum tamen hábitum honorificè, parte regni, et grandi pecúniâ; Syria, Phœnice, *et* Sophéne est adémpta ei; sex millia talentórum argénti prætereà, quæ daret Románo Pópulo, quia commovísset bellum Románis sine causâ. 14. Mox étiam Pompéius íntulit bellum Albánis, et ter vicit córum regem Oródem: postrémò, rogátus per epístolas et múnera dedit véniam ac pacem ei. Vicit [illegible] quoque Arthácem regem Iberiæ, [illegible] ácie,

ditionem accepit. Armeniam Minorem Deiotaro Galatiæ regi donavit, quia ſocius belli Mithridatici fuerat. Attalo & Pilæmeni Paphlagoniam reddidit, Ariſtarchum Colchis regem impoſuit. Mox Ituræos & Arabes vicit; & cum veniſſet in Syriam, Seleuciam, vicinam Antiochiæ civitatem, libertate donavit, eo quod regem Tigranem non recepiſſet. Antiochenſibus opſides reddidit, aliquantum agrorum Daphnenſibus dedit, quo lucus ibi ſpatioſior fieret; delectatus amœnitate loci, & aquarum abundantia. Inde ad Judæam tranſgreſſus, Hieroſolymam caput gentis tertio menſe cepit; duodecim millibus Judæorum occiſis, cæteris in fidem acceptis. His geſtis, in Aſiam ſe recepit, & finem antiquiſſimo bello dedit.

15. Marco Tullio Cicerone, Caio Antonio Conſulibus, anno ab urbe condita DCLXXXIX, Lucius Sergius Catilina, nobiliſſimi generis vir, ſed ingenii praviſſimi, ad delendam patriam conjuravit, cum quibuſdam claris quidem, ſed audacibus viris. A Cicerone urbe expulſus eſt: ſocii ejus deprehenſi, in carcere ſtrangulati ſunt. Ab Antonio altero Conſule Catilina ipſe in prælio victus eſt, & interfectus.

16. Sexcenteſimo nonageſimo anno ab urbe condita, D. Junio Silano, & L. Muræna Conſulibus, Metellus de Creta triumphavit: Pompeius de bello Piratico & Mithridatico. Nulla unquam triumphi pompa ſimilis fuit: ducti ſunt ante ejus currum filius Mithridatis, filius Tigranis, Ariſtobulus rex Judæorum: prælata

ORDO.

ácie, et accépit *eum* in deditiónem. Donávit Arméniam Minórem Deiotáro regi Galátiæ, quia fúerat ſócius Mithridátici belli. Réddidit Paphlagóniam Attalo et Pilæméni, *et* impóſuit Ariſtárchum regem Colchis. Mox vicit Ituræos et Arabes: et cum veníſſet in Syriam, donávit Seleúciam, civitátem vicínam Antióchiæ, libertáte, eo quod non recepíſſet regem Tigránem. Réddidit óbſides Antiochénſibus, dedit aliquántum agrórum Daphnénſibus, quò lucus ibi fíeret ſpatióſior; delectátus amœnitáte loci, et abundántia aquárum. Inde tranſgréſſus ad Judæam, capit Hiéroſólymam caput gentis tértio menſe; duódecim míllibus Judæórum occíſis, cæteris accépitis in fidem. His geſtis, recépit ſe in Aſiam, et dedit finem antiquíſſimo bello. 15. Marco Túllio Ciceróne, *et* Cáio António Conſúlibus, ſexcentéſimo octogéſimo nono anno ab urbe cónditâ, Lúcius Sérgius Catilína, vir nobiliſſimi géneris: ſed praviſſimi ingénii, conjurávit cum quibúſdam claris quidem, ſed audácibus viris, ad deléndam pátriam. Eſt expúlſus urbe a Ciceróne: ejus ſócii deprehénſi, ſunt ſtrangulati in cárcere. Catilína ipſe eſt victus in prælio, et interfectus ab António áltero Conſule. 16. Sexcentéſimo nonagéſimo anno ab urbe cónditâ, Décio Júnio Siláno, et Lúcio Muræná Conſúlibus, Metéllus triumphávit de Cretâ: Pompéius de Pirático et Mithridático bello. Nulla pompa triúmphi fuit unquam símilis; fílius Mithridátis, fílius Tigránis, et Ariſtobulus

lata ingens pecunia, auri atque argenti infinitum pondus. Hoc tempore nullum per orbem terrarum grave bellum erat.

17. Anno urbis conditæ DCXCIII, Caius Julius Cæsar, qui postea imperavit, cum L. Bibulo Consul est factus: decreta ei Gallia, et Illyricum cum legionibus decem. Is primo vicit Helvetios, qui nunc Sequani appellantur; deinde vincendo per bella gravissima, usque ad Oceanum Britannicum processit. Domuit autem annis fere ix omnem Galliam, quæ inter Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum et Oceanum est, et circuitu patet ad bis tricies centena millia passuum. Britannis mox bellum intulit, quibus, ante eum, ne nomen quidem Romanorum cognitum erat; et eos quoque victos, obsidibus acceptis, stipendiarios fecit. Galliæ autem tributi nomine annuum imperavit sestertium quadringenties; Germanosque trans Rhenum aggressus, immanissimis prœliis vicit. Inter tot successus ter male pugnavit: apud Arvernos semel præsens, et absens in Germania bis: nam legati ejus duo, Titurius et Aurunculeius, per insidias cæsi sunt.

18. Circa eadem tempora, anno urbis conditæ DCXCVII, Marcus Licinius Crassus, collega Cnæi Pompeii Magni in Consulatu secundo, contra Parthos missus est; & cum circa Carras contra omina & auspicia dimicasset, a Surena Orodis regis duce victus, ad postremum interfectus

ORDO.

lus rex Judæórum sunt ducti ante ejus currum: ingens pecúnia erat prælata *et* infinitum pondus auri atque argénti. Hoc témpore erat nullum grave bellum per orbem terrárum. 17. Sexcentésimo nonagésimo tértio anno urbis cónditæ, Cáius Július Cæsar, qui póstea imperávit, est factus Consul cum Lúcio Bíbulo; Gállia est decréta ei, et Illyricum cum decem legiónibus. Is primo vicit Helvétios, qui nunc appellántur Sequáni; deínde procéssit usqué ad Británnicum Océanum, vincéndó per graviſſima bella. Autem ferè novem annis dómuit omnem Gálliam, quæ est inter Alpes, flumen Rhódanum, Rhenum et Océanum, et patet circúitu ad bis trícies centéna míllia pássuum. Mox intulit bellum Británnis, quíbus, ante eum, ne quidem nomen Romanórum erat cógnitum; et fecit eos quoque victos stipendiários, accéptis obsídibus. Autem imperávit annuum sestértium quadringénties Gálliæ nómine tribúti; aggressúsque Germános trans Rhenum, vicit *eos* immaníssimis prœliis. Inter tot succéssus pugnávit ter malè; semel præsens apud Arvérnos, et bis absens in Germániâ: Nam ejus duo legáti, Titúrius et Aurunculéius, sunt cæsi per insídias. 18. Circa eádem tempora, sexcentésimo nonagésimo séptimo anno urbis cónditæ, Marcus Licínius Crassus, collêga Cnæi Pompéii Magni in secúndo Consulátu, est missus contra Parthos: et cùm dimicavísset circa Carras contra ómnia et auspícia, victus a Surénâ duce regis Oródis, ad postrémum

terfectus eſt, cum filio clariſſimo & præſtantiſſimo juvene. Reliquiæ exercitus per C. Caſſium Quæſtorem ſervatæ ſunt, qui, ſingulari animo, perditas res tanta virtute reſtituit, ut Perſas redientes trans Euphratem crebris prœliis vinceret.

19. Hinc jam bellum civile ſucceſſit, exſecrandum & lacrymabile; quo, præter calamitates, quæ prœliis acciderunt, etiam Romani nominis fortuna mutata eſt. Cæſar enim, rediens e Gallia victor, cœpit depoſcere alterum Conſulatum; atque, cum ſine dubietate aliqua deferretur, contradictum eſt a Marcello Conſule, a Bibulo, a Pompeio, a Catone: juſſuſque dimiſſis exercitibus ad urbem redire: propter quam injuriam ab Arimino, ubi milites congregatos habebat, adverſum patriam cum exercitu venit. Conſules cum Pompeio, Senatuſque omnis, atque univerſas nobilitas ex urbe fugit, & in Græciam tranſivit: apud Epirum, Macedoniam, Achaiam, Pompeio duce, contra Cæſarem bellum peravit.

20. Cæſar, vacuam urbem ingreſſus, Dictatorem ſe fecit, inde Hiſpanias petiit. Ibi Pompeii exercitus validiſſimos & fortiſſimos, cum tribus ducibus, L. Afranio, M. Petreio, M. Varrone, ſuperavit. Inde reverſus, in Græciam tranſivit; adverſum Pompeium dimicavit; primo prœlio victus eſt, & fugatus: evaſit tamen, quia, nocte interveniente, Pompeius ſequi noluit; dixitque Cæſar, nec Pompeium ſcire vincere, & illo tantum die ſe potuiſſe ſuperari. Deinde inde in Theſſalia apud Palæopharſalum,

ORDO.

poſtrémum eſt interféctus cum fílio, clariſſimo et præſtantiſſimo júvene. Reliquæ exércitûs ſunt ſervatæ per Cáium Caſſium Quæſtórem, qui, ſingulari ánimo, reſtituit pérditas res tantâ virtúte, ut rédiens trans Euphrátem vínceret Perſas crebris prœliis. 19. Hinc jam civíle bellum ſuccéſſit, exſecrándum et lacrymábile; quo étiam fortuna Románi nóminis eſt mutáta, præter calamitátes, quæ acciderunt prœliis. Enim Cæſar, rédiens victor e Gálliâ, cœpit depoſcere álterum Conſulátum; atque, cùm deferrétur ſine áliquâ, dubietáte, eſt contradíctum a Marcéllo Cónſule, a Bíbulo, a Pompéio, *et* a Cátone; eſtque juſſus redíre ad urbem exercítibus dimíſſis: propter quam injúriam, venit cum exércitu ab Arimino, ubi habébat mílites congregátos, advérſum pátriam. Cónſules cum Pompéio, omníſque Senátus, atque univérſa nobílitas fugit ex urbe, et transívit in Græciam: et paravit bellum apud Epírum, Macedóniam *et* Achâiam, Pompéio duce contra Cæſarem. 20. Cæſar, ingréſſus vácuam urbem, fecit ſe Dictatórem, inde petívit Hiſpánias. Ibi ſuperávit validíſſimos et fortiſſimos exércitus Pompéii cum tribus dúcibus Lúco Afránio, Marco Petreio, *et* Marco Varróne. Reverſus inde, transívit in Græciam: dimicávit advérſum Pompéium: eſt victus primo prœlio, et fugátus: tamen evaſit, quia Pompéius nóluit ſequi, nocte interveniénte; Cæſarque dixít, nec Pompéium ſcire víncere, et ſe potuíſſe ſuperári tantúm illo die. Deínde dimicavérunt

pharsalum, productis utrinque ingentibus copiis, dimicaverunt. Pompeii acies habuit XL millia peditum, equitum in sinistro cornu VII millia, in dextro D. praeterea totius Orientis auxilia; totamque Nobilitatem, innumeros Senatores, Praetorios, Consulares, & qui magnorum jam populorum victores fuissent. Caesar in acie sua habuit peditum non integra XXX millia, equites mille.

21. Nunquam adhuc Romanae copiae in unum neque majores neque melioribus ducibus convenerant, totum terrarum orbem facile subacturae, si contra Barbaros ducerentur: Pugnatum tamen est ingenti contentione, victusque ad postremum Pompeius, et castra ejus direptasunt: ipse fugatus, Alexandriam petiit, ut a rege Ægypti, cui tutor a Senatu datus fuerat propter juvenilem ejus aetatem, acciperet auxilia: qui, fortunam magis, quam amiticiam sequutus, occidit Pompeium, caput ejus & annulum Caesari misit; quo conspectu, Caesar etiam lacrymas fudisse dicitur, tanti viri intuens caput, & generi quondam sui.

22. Mox Caesar Alexandriam venit, ipsi quoque Ptolemaeus parare voluit insidias; qua causa regi bellum illatum est; victus in Nilo periit, inventumque est corpus ejus cum lorica aurea. Caesar, Alexandria potitus, regnum Cleopatrae dedit, Ptolemaei sorori, cum qua consuetudinem stupri habuerat. Rediens inde Caesar, Pharnacem Mithridatis Magni filium, qui Pompeio in auxilium

ORDO.

cavérunt in Thessáliâ apud Palæopharsálum, ingéntibus cópiis productis utrínque. Acies Pompéii hábuit quadragínta míllia pêditum, septem míllia équitum in sinístro cornu, quingénta in dextro; praetéreà auxília totius oriéntis; totámque nobilitátem, innúmeros Senatóres, Prætórios, Consulares, et qui jam fuíssent victóres magnórum populórum. Cæsar non hábuit trigínta míllia péditum íntegra, *et* mille équites in suâ acie. 21. Nunquam adhuc majóres Románæ cópiæ convénerant, neque in unum *locum*, neque melióribus dúcibus subactúra totum orbem terrárum facilè, si ducerentur contra Barbaros; tamen est pugnátum ingénti contentióne, adque postrémum Pompéius *est* victus, et ejus castra sunt dirépta: ipse fugátus, petívit Alexándriam, ut acciperet auxília a rege Ægypti, cui fúerat datus tutor a Senátu propter ejus juvenílem ætátem: qui, sequútus fortúnam magis, quàm amicítiam, occidit Poméium, *et* misit ejus caput et ánnulum Cæsari: quo conspéctu, Cæsar dicitur étiam fudísse lacrymas, íntuens caput tanti viri, et quondam sui genéri. 22. Mox Cæsar venit Alexándriam, *et* Ptolemæus vóluit paráre insídias ipsi quoque; quâ causâ bellum est illátum regi: victus perívit in Nilo, ejúsque corpus est invéntum cum aúreâ lóricâ. Cæsar, potítus Alexándria, dedit regnum Cleopátræ, soróri Ptolemæi, cum quâ habúerat consuetúdinem stupri. Cæsar, rédiens inde, vicit ácie Pharnácem, fílium Mithridàtis Magni,

auxilium apud Theſſaliam fuerat, rebellantem in Ponto, et multas Populi Romani provincias occupantem, vicit acie: poſtea ad mortem coëgit.

23. Inde Romam regreſſus, tertio ſe Conſulem fecit cum M. Æmilio Lepido, qui ei Magiſter equitum Dictatori ante annum fuerat. Inde in Africam profectus eſt, ubi infinita nobilitas cum Juba Mauritaniæ rege bellum reparaverat. Duces autem Romani erant, P. Cornelius Scipio, ex genere antiquiſſimo Scipionis Africani; (hic etiam ſocer Magni Pompeii fuerat,) M. Petreius, Q. Varus, M. Portius Cato, L. Cornelius Fauſtus, Syllæ Dictatoris filius. Contra hos commiſſo prælio, poſt multas dimicationes victor fuit. Cato, Scipio, Petreius, Juba, ipſi ſe occiderunt: Fauſtus Pompeii gener a Cæſare interfectus eſt.

24. Poſt annum Cæſar Romam regreſſus, quartum ſe Conſulem fecit; et ſtatim ad Hiſpanias eſt profectus, ubi Pompeii filii, Cnæus et Sextus, ingens bellum reparaverant. Multa prælia fuerunt; ultimum prælium apud Mundam civitatem, in quo adeo Cæſar pene victus eſt, ut fugientibus ſuis, ſe voluerit occidere; ne poſt tantam rei militaris gloriam, in poteſtatem adoleſcentium, natus annos ſex et quinquaginta, veniret. Denique reparatis ſuis vicit, et Pompeii filius major occiſus eſt, minor fugit.

25. Inde Cæſar, bellis civilibus toto orbe compoſitis Romam rediit: agere inſolentius cœpit,

ORDO.

Magni, qui fúerat in auxílium Pompéio apud Theſſáliam, rebellántem ín Ponto, et occupántem multas províncias Románi Pópuli: póſteà coégit *eum* ad mórtem. 23. Inde regréſſus Romam, fecit ſe Cónſulem tértiò cum Marco Æmílio Lépido, qui fúerat magíſter équitum ei Dictatóri annum anté. Inde eſt profectus in Africam, ubi infiníta nobílitas cum Jubâ rege Mauritánia reparáverat bellum. Autem Románi duces erant, Públius Cornélius Scipio, ex antiquíſſimo génere Scipiónis Africáni; (hic étiam fúerat ſocer Magni Pompéii,) Marcus Petréius, Quintus Varus, Marcus Pórtius Cato, *et* Lúcius Cornélius Fauſtus, fílius Syllæ Dictatóris. Prælio commíſſo contra hos, poſt multas dimicatiónes fuit victor. Cato, Scípio, Petréius *et* Juba, ipſi occidérunt ſe: Fauſtus gener Pompéii eſt interfectus a Cæſare. 24. Poſt annum Cæſar, regréſſus Romam, fecit ſe Cónſulem quartùm; et ſtatim eſt profectus ad Hiſpánias, ubi fílii Pompéii Cnæus et Sextus reparáverant ingens bellum. Fuérunt multa prælia: últimum prælium *erat* apud civitátem Mundam, in quo Cæſar eſt adeò penè victus, ut, ſuis fugiéntibus, volúerit occidére ſe: ne, poſt tantam glóriam militáris rei, natus ſex et quinquagínta annos, veníret in poteſtátem adoleſcéntium. Dénique, ſuis reparátis, vicit, et major fílius Pompéii eſt occíſus, minor fugit. 25. Inde Cæſar, civílibus bellis compóſitis toto orbe, redívit Romam: cœpit ágere inſoléntiùs, et contra conſuetúdinem

Románæ

cœpit, & contra consuetudinem Romanæ libertatis. Cum ergo & honores ex sua voluntate præstaret, qui a Populo antea deferebantur, nec sentatui ad se venienti assurgeret, aliaque regia ac pene tyrannica faceret, conjuratum est in eum a lx vel amplius Senatoribus Equitibusque Romanis. Præcipui fuerunt inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Bruti, qui primus Romæ Consul est factus, et reges expulerat: C. Cassius, et Servilius Casca. Ergo Cæsar, cum Senatus die quadam inter cæteros venisset ad curiam, tribus & viginti vulneribus confossus est.

ORDO.

Románæ libertátis. Cùm ergo et præstáret honóres ex suâ voluntáte, qui ánteà deferebántur a Pópulo, nec assúrgeret Senátui veniénti ad se, facerétqueália régia ac penè tyránnica, est conjurátum in eum a sexagínta vel ámplius Románis Senatóribus Equitibúsque. Præcípui inter conjurátos fuérunt duo Bruti, ex eo génere Bruti, qui primus est factus Consul Romæ, et expúlerat reges: Cáius Cássius, et Servílius Casca. Ergo Cæsar, cùm, quádam die Senátus venísset inter cæteros ad cúriam, est confóssus tribus et vigínti vulnéribus.

LIBER

LIBER SEPTIMUS.

1. ANNO urbis DCC fere ac nono, interfecto Cæsare, bella civilia reparata sunt; percussoribus enim Cæsaris Senatus favebat: Antonius Consul, partium Cæsaris, civili bello opprimere eos conabatur. Ergo turbata Republica, multa Antonius scelera committens, a Senatu hostis judicatus est; missi ad eum persequendum duo Consules Pansa & Hirtius, & Octavianus, adolescens annos XVIII natus, Cæsaris nepos, quem ille testamento hæredem reliquerat: & nomen suum ferre jusserat: hic est, qui postea Augustus est dictus, & rerum potitus. Quare profecti contra Antonium tres duces vicerunt eum. Evenit tamen, ut victores Consules ambo morirentur: quare tres exercitus uni Cæsari paruerunt.

2. Fugatus Antonius, amisso exercitu, confugit ad Lepidum, qui Cæsari Magister equitum fuerat, & tum copias militum grandes habebat, a quo susceptus est. Mox Lepido operam dante, Cæsar cum Antonio pacem fecit: & quasi vindicaturus patris

ORDO.

1. Septingentésimo ferè ac nono anno urbis *conditæ*, Cæsare interfécto, civília bella sunt reparáta; enim Senátus favébat percussóribus Cæsaris: Antónius Consul, *unus* pártium Cæsaris, conabátur opprimere eos civíli bello. Ergo, Repúblicâ turbátâ, Antónius committens multa scélera, est judicátus hostis a Senátu; ad persequéndum eum duo Cónsules *sunt* missi, Pansa, et Hírtius, et Octaviánus, adoléscens natus octódecim annos, nepos Cæsaris, quem ille reliquerat hærédem, et jússerat ferre suum nomen: hic est, qui póstea est dictus Augústus, et *est* potítus rerum. Quare tres duces, profécti contra Antónium, vicérunt eum. Tamen evénit, ut ambo Cónsules victóres moriréntur: quare tres exércitus paruérunt Cæsari uni. 2. Antónius fugátus, amísso exércitu, confúgit ad Lépidum, qui fúerat Magister equitum Cæsari, et tum habébat grandes cópias militum, a quo est susceptus. Mox Lépido dante óperam, Cæsar fecit pacem cum António; et quasi vindicatúrus mortem sui patris, a quo fúerat

patris ſui mortem, a quo per teſtamentum fuerat adoptatus, Romam cum exercitu profectus eſt; extorſitque, ut ſibi xx anno Conſulatus daretur. Senatum proſcripſit cum Antonio & Lepido, & Rempublicam armis tenere cœpit; per hos etiam Cicero orator occiſus eſt, multique alii nobiles.

3. Interea Brutus & Caſſius, interfectores Cæſaris, ingens bellum moverunt; erant enim per Macedoniam & Orientem multi exercitus, quos occupaverunt. Profecti igitur contra eos Cæſar Octavianus Auguſtus, & M. Antonius (remanſerat enim ad defendendam Italiam Lepidus) apud Philippos Macedoniæ urbem contra eos pugnaverunt. Primo prælio victi ſunt Antonius & Cæſar: periit tamen dux nobilitatis Caſſius: ſecundo, Brutus et infinita nobilitas, quæ cum illis bellum geſſerat: ac ſic inter eos diviſa eſt Reſpublica, ut Auguſtus Hiſpanias, Gallias, Italiam teneret; Antonius, Aſiam, Pontum, Orientem. Sed intra Italiam L. Antonius Conſul bellum civile commovit, frater ejus, qui cum Cæſare contra Brutum & Caſſium dimicaverat, apud Peruſiam Tuſciæ civitatem, victus et captus eſt, neque occiſus.

4. Interim a Sexto Pompeio, Cnæi Pompeii Magni filio, ingens bellum in Sicilia commotum eſt, his, qui ſuperfuerant ex partibus Bruti Caſſiique, ad eum confluentibus. Bellatum per Cæſarem Auguſtum Octavianum, et M. Antonium adverſus

ORDO.

rat adoptátus per teſtaméntum, eſt profectus Romam cum exércitu; extorſítque, ut Conſulátus darétur ſibi vigéſimo anno *ætátis*. Cum António et Lépido proſcripſit Senátum, et cœpit tenére Rempúblicam ármis; per hos étiam Cícero Orátor eſt occíſus, multíque álii nóbiles. 3. Intérea Brutus et Caſſius, interfectóres Cæſaris, movérunt ingens bellum; enim erant multi exércitus per Macedóniam et Oriéntem, quos occupavérunt. Igitur Cæſar Octaviánus Auguſtus, et Marcus Antónius (enim Lépidus remánſerat ad defendéndam Itáliam) profécti contra eos, pugnavérunt apud Philíppos urbem Macedóniæ contra eos. Primo prælio Antónius et Cæſar ſunt victi; tamen Caſſius dux nobilitátis perívit: ſecúndo *prælio*, Brutus et infiníta nobilitas, quæ géſſerat bellum cum illis; ac Reſpública eſt ſic diviſa inter eos, Auguſtus tenéret Hiſpánias, Gállias, *et* Itáliam; Antónius, Aſiam, Pontum, *et* Oriéntem. Sed intra Itáliam Lúcius Antonius Conſul commóvit civile bellum frater ejus, qui cum Cæſare dimicáverat contra Brutum et Caſſium, eſt victus et captus apud Perúſiam civitátem Túſciæ, neque *tamen* occíſus. 4. Interim ingens bellum eſt commótum in Sicília a Sexto Pompéio, filio Cnæi Pompéii Magni, his confluentibus ad eum, qui ſuperfuerant ex pártibus Bruti Caſſíque. *Eſt* bellátum per Cæſarem Augúſtum Octaviánum, et Marcum Antónium adverſus

adversus Sextum Pompeium: pax postremo convenit.

5. Eo tempore M. Agrippa in Aquitania rem prospere gessit, & L. Ventidius Bassus irrumpentes in Syriam Persas tribus præliis vicit. Pacorum, regis Orodis filium interfecit, eo, ipso die, quo olim Orodes Persarum rex, per ducem Surenam, Crassum occiderat. Hic primus de Parthis justissimum triumphum Romæ egit.

6. Interim Pompeius pacem rupit: & navali prælio victus, fugiens ad Asiam interfectus est. Antonius, qui Asiam & Orientem tenebat, repudiata sorore Cæsaris Augusti Octaviani, Cleopatram reginam Ægypti duxit uxorem. Contra Persas ipse etiam pugnavit: primis eos præliis vicit; regrediens tamen fame & pestilentia laboravit: & cum instarent Parthi fugienti, ipse pro victo recessit.

7. Hic quoque ingens bellum civile commovit, cogente uxore Cleopatra regina Ægypti; dum cupiditate muliebri optat etiam in urbe regnare. Victus est ab Augusto, navali pugna clara & illustri, apud Actium, qui locus in Epiro est: ex qua fugit in Ægyptum, & desperatis rebus, cum omnes ad Augustum transirent, ipse se interemit. Cleopatra sibi aspidem admisit, & veneno ejus extincta est. Ægyptus per Octavianum Augustum Imperio Romano adjecta est: præpositusque ejus factus est Cnæus Cornelius Gallus: hunc primum Ægyptus Romanum judicem habuit.

8. Ita bellis toto orbe confectis,

ORDO.

adversus Sextum Pompeium: postremò pax convenit. 5. Eo tempore Marcus Agrippa gessit rem prosperè in Aquitania, et Lucius Ventidius Bassus vicit Persas, irrumpentes in Syriam, tribus præliis. Interfecit Pacorum, filium Orodis *eorum* regis, eo die ipso, quo olim Orodes rex Persarum occiderat Crassum per ducem Surenam. Hic primus egit justissimum triumphum Romæ de Parthis. 6. Interim Pompeius rupit pacem: et victus navali prælio est interfectus fugiens ad Asiam. Antonius, qui tenebat Asiam et Orientem, sorore Cæsaris Octaviani repudiata, duxit uxorem Cleopatram reginam Ægypti. Ipse etiam pugnavit contra Persas: vicit eos primis præliis; tamen regrediens laboravit fame et pestilentiâ: et cùm Parthi instarent fugienti, ipse recessit pro victo. 7. Hic quoque commovit ingens civile bellum, uxore Cleopatrâ reginâ Ægypti cogente; dum *illa* optat etiam regnare in urbe *Româ* muliebri cupiditate. Est victus ab Augusto, clarâ et illustri navali pugnâ, apud Actium, qui locus est in Epiro: ex quâ fugit in Ægyptum, et, rebus desperatis, cùm omnes transirent ad Augustum, *Antonius* ipse interemit se. Cleopatra admisit aspidem sibi, et est extincta ejus veneno. Ægyptus est adjecta Romano imperio per Octavianum Augustum: Cnæusque Cornelius Gallus est factus præpositus ejus: Ægyptus habuit hunc primum Romanum judicem. 8. Ita bellis confectis toto orbe, Octavianus Augustus

tis, Octavianus Augustus Romam rediit xii anno, postquam Consul fuerat. Ex eo Rempublicam per xliv annos solus obtinuit; ante enim xii annis cum Antonio & Lepido tenuerat. Ita ab initio principatus ejus usque ad finem lvi anni fuerunt. Obiit autem lxxxvi anno, morte communi, in oppido Campaniæ Atella. Romæ in Campo Martio sepelitur: vir, qui non immerito ex maxima parte Deo similis est putatus: neque enim facile ullus eo aut in bellis felicior fuit, aut in pace moderatior: xliv annos, quibus solus gessit imperium, civilissime vixit: in cunctos liberalissimus; in amicos fidissimus; quos tantis evexit honoribus, ut pene æquaret fastigio suo.

9. Nullo tempore ante eum res Romana magis floruit; nam, exceptis civilibus bellis, in quibus invictus fuit, Romano adjecit imperio Ægyptum, Cantabriam, Dalmatiam sæpe ante victam, sed penitus tunc subactam: Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Rhætiam, Vindelicos, & Salassos in Alpibus, omnes Ponti maritimas civitates: in his nobilissimas, Bosporum & Panticapæon. Vicit autem præliis Dacos; Germanorum ingentes copias cecidit; ipsos quoque trans Albim fluvium submovit, qui in Barbarico longe ultra Rhenum est; hoc tamen bellum per Drusum privignum suum administravit: sicut per privignum Tiberium alterum Pannonicum, quo bello ccc millia captivorum ex Germania transtulit, & super ri-

ORDO.

gústus redívit Romam duodécimo anno, postquam fúerat Consul. Ex eo *témpore* solus obtínuit Rempúblicam per quadragínta quátuor annos; enim anté tenúerat *eam* duódecim annis cum António et Lépido. Ita ab inítio ejus principátûs usque ad finem fuérunt quinquagínta sex anni. Autem obívit octogésimo sexto anno *ætátis*, commúni morte, in Atéllâ óppido Campániæ. Sepelítur Romæ in Campo Mártio: vir, qui non imméritô est putátus símilis Deo ex máximâ parte; enim neque facilè fuit ullus aut felícior eo in bellis, aut moderátior in pace: vixit civilíssimè quadragínta quátuor annis, quibus solus gessit impérium: liberalíssimus in cunctos; fidíssimus in amicos; quos evéxit tantis honóribus, ut penè æquáret *eos* suo fastigio. 9. Romána res flóruit magis nullo témpore ante eum; nam, civílibus bellis excéptis, in quibus fuit invíctus, adjecit Ægyptum, Cantábriam *et* Dalmátiam sæpe victam antè, sed tunc pénitus subáctam, Románo império: Pannóniam, Aquitániam, Illyricum, Rhætiam, Vindélicos, et Salássos in Alpibus, omnes marítimas civitátes Ponti: in his nobilíssimas, Bósporum, et Panticapæon. Autem vicit Dacos præliis; cecîdit ingéntes cópias Germanórum: submovit ipso quoque trans flúvium Albim, qui est in Barbárico *agro* longè ultra Rhenum: tamen administrávit hoc bellum per Drusum suum privígnum: sicut álterum Pannónicum, per privígnum Tibérium, quo bello tránstulit trecénta míllia captivórum ex Germániâ, et collocávit *eos* super ripam Rheni in Gálliâ. Recépit

ripam Rheni in Gallia collocavit. Armeniam a Parthis recepit: obſides, quod nulli antea, Perſæ ei dederunt: reddiderunt etiam ſigna Romana, quæ Craſſo victo ademerant.

10. Scythæ & Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, munera & legatos ad eum miſerunt. Galatia quoque ſub hoc provincia facta eſt, cum antea regnum fuiſſet; primuſque eam M. Lollius pro Prætor adminiſtravit. Tanto autem amore etiam apud Barbaros fuit, ut reges, Populi Romani amici, in honorem ejus conderent civitates, quas Cæſareas nominarent: ſicut Mauritania a rege Juba, & in Palæſtina, quæ nunc eſt urbs clariſſima. Multi autem reges ex regnis ſuis venerunt, & habitu Romano, togati ſcilicet, ad vehiculum, vel equum ipſius cucurrerunt. Moriens Divus appellatus eſt. Rempublicam beatiſſimam. Tiberio ſucceſſori reliquit; qui privignus ejus, mox gener, poſtremo adoptione filius fuerat.

11. Tiberius ingenti ſocordia imperium geſſit, gravi crudelitate, ſceleſta avaritia, turpi libidine: nam nuſquam ipſe pugnavit; bella per legatos ſuos geſſit; quoſdam reges ad ſe per blanditias evocatos nunquam remiſſit, in queis Archelaum Cappadocem, cujus etiam regnum in provinciæ formam redegit, & maximam civitatem appellari ſuo nomine juſſit; quæ nunc Cæſarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur. Hic tertio & vigeſimo imperii anno, ætatis lxxxiii, ingenti omnium gaudio

ORDO.

cépit Arméniam a Parthis: Perſæ dedérunt óbſides ei, quod *fúerat datum* nulli ánteà; reddidérunt étiam Romána ſignâ, quæ adémerant Craſſo victo. 10. Scythæ et Indi, quibus nomen Romanórum erat incógnitum ánteà, miſérunt múnera et legátos ad eum. Galátia quoque eſt facta província ſub hoc, cùm ánteà fuíſſet regnum; Marcuſque Lóllius primus pro Prætóre adminiſtrávit eam. Autem fuit étiam tanto amóre apud Bárbaros, ut reges, amíci Románi Pópuli, cónderent civitátes in ejus honórem, quas nominárent Cæſáreas: ſicut in Mauritániâ a rege Jubâ, et in Palæſtínâ, quæ nunc eſt claríſſima urbs. Autem multi reges venérunt ex ſuis regnis, et Románo hábitu, ſcílicet togáti, cucurrérunt ad ipsíus vehículum, vel equum. Móriens eſt appellátus Divus. Reliquit beatíſſimam Rempúblicam Tibério ſucceſſóri; qui fúerat ejus privígnus: mox gener, poſtrémò fílius adoptióne. 11. Tibérius geſſit imperium ingénti ſocórdiâ, gravi crudelitáte, ſceléſtâ avaritiâ, *et* turpi libídine: nam ipſe pugnávit nuſquam; geſſit bella per ſuos legátos; nunquam remíſit quoſdam reges evócátos ad ſe per blandítias, in queis Archeláum Cappadócem, cujus regnum étiam redegit in formam provínciæ, et juſſit máximam civitátem appellári ſuo nómine; quæ nunc dícitur Cæſárea, cúm ánteà vocarétur Mazaca. Hic eſt mórtuus in Campániâ, tértio et vigéſimo anno impérii,

gaudio mortuus eſt in Campania.

12. Succeſſit ei Caius Cæſar, cognomento Caligula, Druſi privigni Auguſti, & ipſius Tiberii nepos: ſceleratiſſimus, ac funeſtiſſimus, & qui etiam Tiberii dedecora purgaverit. Bellum contra Germanos ſuſcepit: & ingreſſus Suevinam, nihil ſtrenuè fecit. Stupra ſororibus intulit, ex una etiam notam filiam cognovit. Cum adverſum cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate, ſæviret, interfectus in Palatio eſt, anno ætatis ſuæ xxxix, imperii iii, menſe x, dieque viii.

13. Poſt hunc Claudius fuit, patruus Caligulæ, Druſi, qui apud Moguntiacum monumentum habet, filius: cujus & Caligula nepos erat. Hic mediè imperavit, multa gerens tranquillè atque moderatè; quædam crudeliter atque inſulſe. Britanniæ intulit bellum, quam nullus Romanorum poſt Julium Cæſarem attigerat: eaque devicta per Cnæum Sentium & Aulum Plautium, illuſtres et nobiles viros, triumphum celebrem egit. Quaſdam inſulas etiam ultra Britanniam in Oceano poſitas, Romano imperio addidit; quæ appellantur Orcades: filioque ſuo Britannici nomen impoſuit. Tam civilis autem circa quoſdam amicos exſtitit, ut etiam Plautium nobilem virum, qui in expeditione Britannica multa ac egregia fecerat, triumphantem ipſe proſequeretur, & conſcendenti Capitolium lævus incederet. Is vixit annos lxiv, imperavit xiv, poſt mortem conſecratus eſt, Divuſque appellatus.

14. Suc-

ORDO.

impérii, octogéſimo tértio ætátis, ingénti gaúdio ómnium. 12. Cáius Cæſar, cognoménto Calígula, nepos Druſi, privígni Augúſti et Tibérii ipſíus: ſceleratíſſimus, ac funeſtíſſimus, et qui étiam purgáverit dedécora Tibérii. Suſcépit bellum contra Germános: et ingréſſus Suéviam, fecit nihil ſtrénuè. Intulit ſtupra ſoróribus, étiam cognóvit fíliam natam ex unâ. Cùm ſæviret advérſum cunctos ingénti avarítiâ, libidine, *et* crudelitáte, eſt interféctus in Palátio, trigéſimo nono anno ſuæ ætátis, *et* tértio impérii, décimo menſe, octavóque die. 13. Poſt hunc fuit Claúdius, pátruus Calígulæ, fílius Druſi, qui habet monuméntum apud Moguntíacum: cujus nepos et Calígula erat. Hic imperávit médiè, gerens multa tranquíllè atque moderátè, *at* quædam crudéliter atque inſulſe. Intulit bellum Britanni, quam nullus Romanórum attígerat poſt Júlium Cæſarem, eáque devictâ per Cnæum Séntium et Aulum Plaútium, illúſtres et nóbiles viros, egit célebrem triúmphum. Addidit etiam quaſdam ínſulas, ultra Británniam póſitas in Océano, Románo império; quæ appellántur Orcades: impoſuitque nomen Británnici ſuo fílio. Autem éxſtitit tam civílis circa quoſdam amícos, ut étiam ipſe proſequerétur Plaútium triumphántem, nóbilem virum, qui fécerat multa ac egrégia in Británnicâ expeditióne, et incéderet lævus *illi* conſcendénti Capitólium. Is vixit ſexagínta quátuor annos, *et* imperávit quatuórdecim, poſt mortem eſt con-

14. Succeſſit huic Nero, Caligulæ avunculo ſuo ſimillimus: qui imperium Romanum & deformavit & diminuit: inuſitatæ luxuriæ ſumptuumque, ut qui, exemplo Caii Caligulæ, callidis & frigidis ſe lavaret unguentis, retibus aureis piſcaretur, quæ blatteis funibus extrahebat. Infinitam partem Senatûs interfecit, bonis omnibus hoſtis fuit; ad poſtremum ſe tanto dedecore proſtituit, ut ſaltaret & cantaret in ſcænâ citharædico habitu & tragico: parricidia multa commiſit, fratre, uxore, matre interfectis; urbem Romam incendit, ut ſpectaculi ejus imaginem cerneret, quaſi olim Troja capta arſerat. In re militari nihil omnino auſus. Britanniam pene amiſit: Nam duo ſub hoc nobiliſſima oppida capta illic atque everſa ſunt: Armeniam Parthi ſuſtulerunt, legioneſque Romanas ſub jugum miſerunt. Duæ tamen provinciæ ſub eo factæ ſunt; Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone, & Alpes, Cottio rege defuncto.

15. Propter hoc Romanæ urbi execrabilis, ab omnibus ſimul deſtitutus, et à Senatu hoſtis judicatus, quum quæreretur ad pœnam (quæ pœna erat talis, ut nudus per publicum ductus, furcâ capiti ejus inſerta, virgis uſque ad mortem cæderetur, atque ita præcipitaretur de ſaxo) é palatio fugit, et in ſuburbano ſe liberti ſui, quod eſt inter Salariam & Numentanam viam, ad quartum urbis miliarium, interfecit. Is ædificavit Romæ thermas, quæ ante Neronianæ dictæ, nunc Alexandriæ

ORDO.

cónſecrátus, appellatúſque Divus. 14. Nero, ſimíllimus ſuo avúnculo Calígulæ, ſuccéſſit huic: qui et deformávit, et dimínuit Románum impérium: *vir* inuſitátæ luxúriæ ſumptuúmque, ut qui, exémplo Caíi Calígulæ, laváret ſe calidis et frígidis unguéntis, piſcarétur aúreis rétibus, quæ extrahébat blátteis fúnibus. Interfécit infinítam partem Senátûs, fuit hoſtis ómnibus bonis; ad poſtrémum proſtítuít ſe tanto dedécore, ut ſáltaret et cantáret in ſcænâ Citharædico et Trágico hábitu: commíſit multa paricídia, interféctis, fratre, uxóre, *et* matre, incéndit urbem Romam, ut cérneret imáginem ejus ſpectáculi, quaſi olim Troja capta árſerat. Auſus nihil omníno in militári re, penè amíſit Británniam. Nam ſub hoc duo nobiliſſima óppida illic ſunt capta atque evérſa: Parthi ſuſtulérunt Arméniam, miſerúntque Románas legiónes ſub jugum. Tamen duæ provínciæ ſunt factæ ſub eo: Pontus Polemoníacus, rege Polemóne concedénte; et Alpes, rege Cóttio defúncto. 15. Propter hoc execrábilis Románæ urbi, ſimul deſtitútus ab ómnibus, et judicátus hoſtis à Senátu, quum quæreréturad pœnam (quæ pœna erat talis, ut ductus nudus per públicum, furcâ inſértâ ejus, cápiti, cæderétur virgis uſquè ad mortem, atque ita præcipitarétur de ſaxo) fugit é palatio, et interfécit ſe in ſuburbáno ſui libérti, quod eſt inter Salárium et Numentánam viam, ad quartum milliárium urbis. Is ædificávit thérmas Romæ, quæ antè dictæ

andriæ appellantur. Obiit trigeſimo & altero ætatis anno, imperii xiv, atque in eo omnis familia Auguſti conſumpta eſt.

16. Huic Sergius Galba ſucceſſit, antiquiſſimæ nobilitatis Senator, cum lxxiii annum ageret ætatis, ab Hiſpanis & Gallis Imperator electus, mox ab univerſo exercitu libenter acceptus. Nam privata ejus vita inſignis fuerat militaribus & civilibus rebus: ſæpe Conſul, ſæpe Proconſul, frequenter dux in graviſſimis bellis. Hujus breve imperium fuit, & quod bona haberet exordia, niſi ad ſeveritatem propenſior videretur. Inſidiis tamen Othonis occiſus eſt, imperii menſe ſeptimo, in foro Romæ, ſepultuſque in hortis ſuis, qui ſunt Aurelia via non longe ab urbe Roma.

17. Otho, occiſo Galba, invaſit imperium: materno genere nobilior quam paterno, neutro tamen obſcuro: in privata vitâ mollis, in imperio documentum ſui non potuit oſtendere. Nam cum iiſdem temporibus, quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius factus eſſet à Germanicanis exercitibus Imperator, bello contra eum ſuſcepto, cum apud Bebriacum in Italia levi prælio victus eſſet, ingentes tamen copias haberet, ſponte ſemetipſum occidit, petentibus militibus ne tam citò de belli deſperaret eventu, cum tanti non eſſe dixiſſet, ut propter eum civile bellum commoveretur. Voluntariâ morte obiit trigeſimo & octavo ætatis anno, nonageſimo & quinto imperii die.

18. Dein

ORDO.

Neroniánæ, nunc appellántur Alexándriæ. Obiit trigéſimo et áltero anno ætátis, décimo quarto impérii, atque in eo omnis família Augúſti eſt conſúmpta. 16. Sérgius Galba ſuccéſſit huic, Senátor antiquíſſimæ nobilitatis, cùm ágeret ſeptuagéſimum tértium annum ætátis, eléctus Imperátor, ab Hiſpánis et Gallis, mox eſt accéptus libénter ab univérſo exércitu. Nam ejus priváta vita fúerat inſígnis militáribus et civílibus rebus: ſæpe Conſul, ſæpe Procónſul, *et* frequénter dux in graviſſimis bellis. Impérium hujus fuit breve, et quod habéret bona exórdia, niſi viderétur propénſior ad ſeveritátem. Tamen eſt occíſus inſídiis Othónis, ſéptimo menſe impérii, in foro Romæ, ſepultúſque in ſuis hortis, qui ſunt Aurélià viâ non longè ab urbe, Româ. 17. Otho, Galbâ occíſo, inváſit impérium: nobilior matérno quám patérno génere, tamen neutro obſcúro: in privátâ vitâ *erat* mollis, in império non pótuit oſténdere documéntum ſui. Nam cúm iiſdem tempóribus, quibus Otho occíderat Galbam, étiam Vitéllius eſſet factus Imperátor à Germanicánis exercítibus, ſuſcépto bello contra eum, cum apud Bebríacum in Itália eſſet victus levi prælio, tamen habéret ingéntes cópias, occídit ſemetípſum ſponte, milítibus peténtibus ne deſperáret tam citò de evéntu belli, cúm dixíſſet *ſe* non eſſe tanti, ut civile bellum commoverétur propter eum. Obívit voluntáriâ morte trigéſimo et octávo anno ætátis, nonagéſimo et quinto die impérii.

18. Dein Vitellius imperio potitus eſt, familiâ honorata magis quam nobili: nam pater ejus non admodum clarè natus, tres tamen ordinarios geſſerat Conſulatus. Hic cum multo dedecore imperavit, & gravi ſævitiâ notabilis, præcipuè ingluvie & voracitate: quippe cum de die ſæpe quarto vel quinto feratur epulatus. Notiſſima certe cœna memoriæ mandata eſt, quam ei Vitellius frater exhibuit: in quâ ſuper cæteros ſumptus, duo millia piſcium, ſeptem avium millia appoſita traduntur. Hic, cum Neroni ſimilis eſſe vellet, atque id adeo præ ſe ferret, ut etiam exequias Neronis, quæ humiliter ſepultæ fuerant, honoraret, à Veſpaſiani ducibus occiſus eſt, interfecto prius Sabino Veſpaſiani Imperatoris fratre, quem cum Capitolio incendit. Interfectus autem, et cum magno dedecore tractus per urbem Romam publicè, nudus erecta comâ et capite, ſubjecto ad mentum gladio, ſtercore in vultum et pectus ab omnibus obviis appetitus; poſtremo jugulatus, et in Tiberim dejectus, etiam communi caruit ſepulturâ. Periit autem ætatis anno ſeptimo et quinquageſimo, imperii menſe viii et die uno.

19. Veſpaſianus huic ſucceſſit, factus apud Palæſtinam Imperator: princeps obſcurè quidem natus, ſed optimis comparandus, privata vitâ illuſtris; ut qui à Claudio in Germaniam, deinde in Britanniam miſſus, tricies et bis cum hoſte conflixerit: duas validiſſimas gentes,

xx

ORDO.

18. Dein Vitéllius eſt potítus império, *ex* honorátâ magis quám nóbili famíliâ: nam ejus pater non ádmodúm clarè natus, tamen géſſerat tres ordinários Conſulátus. Hic imperávit cum multo dedécore, et *erat* notábilis gravi ſævítiâ, præcípuè inglúvie et voracitáte: quippe cùm ferátur *fuíſſe* epulátus ſæpe quartó vel quintó de die. Certè notíſſima cœna eſt mandáta memóriæ, quam Vitéllius *ejus* frater exhíbuit ei: in quâ ſuper cæteros ſumptus, duo míllia píſcium, *et* ſeptem míllia ávium tradúntur *fuíſſe* appóſita. Cùm hic vellet eſſe símilis Neróni, atque ferret id præ ſe ádeò, ut étiam honoráret exéquias Nerónis, quæ fúerant ſepúltæ humíliter, eſt occíſus à dúcibus Veſpaſiáni, Sabíno fratre Veſpaſiáni Imperatóris prius interfécto, quem incéndit cum Capitólio. Autem *eſt* interféctus, et cum magno dedécore tractus per urbem Romam públicè, nudus, comâ erêctâ et cápite, gládio ſubjécto ad mentum, appetítus, ſtércore *facto* in vultum et pectus ab ómnibus óbviis: poſtrémo jugulátus, et dejectus in Tibérim cáruit étiam commúni ſepultúrâ. Autem perívit ſéptimo et quinquagéſimo anno ætátis, octávo menſe et uno die impérii. 19. Veſpaſiánus ſuccéſſit huic, factus imperátor apud Palæſtínam: princeps natus obſcúrè quidem, ſed comparándus óptimis, illúſtris privátâ vitâ; ut qui, miſſus à Claúdio in Germániam, deínde in Británniam, conflixerit trícies et bis cum hoſte; *et* adjécerit duas validiſſimas gentes,

xx oppida, insulam Vectam Britanniæ proximam Imperio Romano adjecerit. Romæ se in imperio moderatissimè gessit: pecuniæ tamen avidior fuit, ita ut eam nulli injustè auferret; quam cum omni diligentiæ provisione colligeret, tamen studiosissimè largiebatur, præcipue indigentibus; nec facile ante eum cujusquam principis vel major est liberalitas comperta, vel justior: placidissimæ bonitatis, ut qui majestatis quoque contra se reos non facile puniret ultra exilii pœnam. Sub hoc Judæa Romano accessit imperio, & Hierosolyma, quæ fuit urbs clarissima Palestinæ. Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quæ liberæ ante hoc tempus fuerant: item Thraciam, Ciliciam, Tracheam, Comagenem, quæ sub regibus amicis in Provinciarum formam redegit.

20. Offensarum & inimicitiarum immemor fuit, convicia à causidicis & philosophis in se dicta, leniter intulit, diligens tamen coercitor disciplinæ militaris. Hic cum Tito filio de Hierosolymis triumphavit. Per hæc cum Senatui & Populo, postremo cunctis amabilis ac jucundus esset, profluvio ventris extinctus est in villâ propria, circa Sabinos, annum ætatis agens lxix, imperii nonum, & diem septimum: atque inter Divos relatus est. Genituram filiorum ita cognitam habuit, ut cum multæ contra eum conjurationes fierent, quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit, in Senatu dixerit, aut filios

ORDO.

viginti óppida, *et* ínsulam Vectam próximam Británniæ Romáño império. Gessit se moderatíssimè Romæ in império; tamen fuit avidior pecúniæ, ita ut auférret eam nulli injústè, quam cum collígeret omni provisióne diligéntiæ, tamen largiebatur studiosíssimè, præcipuè indigéntibus; nec est liberálitas cujúsquam príncipis ante eum fácilé compérta vel major vel jústior; *vir* placidíssimæ bonitátis, ut qui quoque non facilè puníret reos majestátis contra se, ultra pœnam exilii. Sub hoc Judæa accéssit Romáño império, et Hierosólyma, quæ fuit claríssima urbs Palæstínæ. Redégit Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzántium, *et* Samum, quæ fúerant líberæ ante hoc tempus: item Thráciam Cilíciam, Tracheam, *et* Comágenem, quæ *erant* sub régibus amícis *Romanórum*, in formam provinciárum. 20. Fuit ímmemor offensárum et inimicitiárum, léniter tulit convícia dicta in se à causídicis et philósophis, tamen díligens coércitor militáris disciplínæ. Hic, cum Tito filio, triumphávit de Hierosólymis. Per hæc, cùm esset amábilis et jucúndus Senátui et Pópulo, postrémò cunctis, est extínctus profluvio ventris in própriâ villâ, circa Sabínos, agens sexagésimum nonum annum ætátis, nonum *annum* et séptimum diem impérii: atque est relátus inter Divos. Habuit genitúram filiórum ita cógnitam, ut, cùm fierent multæ conjurationes contra eum, quas patefactas contempsit ingenti dissimulatione, díxerit in Senátu, aut filios succesúros sibi

aut

filios ſibi ſucceſſuros, aut neminem.

21. Huic Titus filius ſucceſſit, qui et ipſe Veſpaſianus eſt dictus: vir omnium virtutum genere mirabilis: adeo ut amor & deliciæ humani generis diceretur: facundiſſimus, bellicoſiſſimus, moderatiſſimus: cauſas Latine egit, poemata & tragœdias Græce compoſuit. In oppugnatione Hieroſolymorum ſub patre militans, xii propugnatores xii ſagittarum ictibus confixit. Romæ tantæ civilitatis in imperio fuit, ut nullum omnino puniret; convictos adverſum ſeſe conjurationis ita dimiſerit, ut in eadem familiaritate, quæ antea, habuerit. Facilitatis tantæ fuit et liberalitatis, ut nulli quidquam negaret: et cum ab amicis reprehenderetur, reſpondit, Nullum triſtem debere ab Imperatore diſcedere. Proptereà cum, quâdam die, in cœna recordatus fuiſſet, nihil ſe illo die cuiquam præſtitiſſe, dixit, ô amici, hodie diem perdidi. Hic Romæ amphitheatrum ædificavit, et quinque millia ferarum in dedicatione ejus occîdit.

22. Per hæc inuſitato favore dilectus, morbo periit, in ea qua patervillà, poſt biennium, menſes octo, dies xx quam Imperator erat factus ætatis anno altero et xl. Tanto luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes tanquam in propriâ doluerint obitate. Senatus, obitu ipſius circa veſperam nuntiato, nocte irrupit in Curiam: et tantas ei mortuo gratias laudeſque congeſſit, quantus nec vivo unquam egerat, nec præſenti. Inter Divos relatus eſt.

23. Domi-

ORDO.

aut néminem. 21. Titus filius ſuccéſſit huic, qui et ipſe eſt dictus Veſpaſiánus: vir mirábilis génere ómnium virtútum: ádeò ut diceretur amor et deliciæ humáni géneris: facúndíſſimus, bellicoſíſſimus, moderatíſſimus: egit cauſas Latinè, compóſuit poémata et tragœdias Græcè. Militans ſub patre in oppugnátione Hieroſólymorum, confixit duódecim propugnatóres íctibus duódecim ſagittárum. Fuit *vir* tantæ civilitátis in império Romæ, ut puníret nullum omníno; ita dimíſerit convíctos conjuratiónis advérſum ſeſe, ut habúerit *eos* in eâdem familiaritáte, quâ anteà. Fuit tantæ facilitátis et liberalitátis, ut negáret quidquam nulli: et cùm reprehenderétur, ab amícis, reſpondit, Nullum debére diſcédere triſtem ab imperatóre. Proptéreà cùm, quâdam die, fuíſſet recordátus in cœnâ, ſe præſtitíſſe nihil cuiquam illo die, dixit, ô amici, hódiè perdidi diem. Hic ædificávit amphitheatrum Romæ, et occídit quinque míllia ferárum in dedicatione ejus. 22. Per hæc diléctus inuſitáto favóre, perívit morbo, in eâ villâ, quâ pater *abivit*, biénnium, octo menſes, *et* vigíntí dies, poſt quàm erat factus imperátor, áltero et quadragéſimo anno ætátis. Fuit tantus públicus luctus, eo mórtuo, ut omnes dolúerint *eum* tanquam in própriâ orbitáte. Senátus, ipſíus óbitu nunciáto circa véſperam, irrúpit in cúriam nocte: et congéſſit tantas grátias laudéſque ei mórtuo, quantas unquam égerat *illi* nec vivo nec præſénti. Eſt relátus inter Divos.

23. Domitianus mox accepit imperium, frater, ipsius junior, Neroni aut Caligulæ aut Tiberio similior, quam patri vel fratri suo, primus tamen annis moderatus in imperio fuit; mox ad ingentia vitia progressus, libidinis, iracundiæ, crudelitatis, avaritiæ, tantum in se odium concitavit, ut merita patris et fratris aboleret. Interfecit nobilissimos ex Senatu, Dominum se ac Deum primus appellari jussit; nullum sibi nisi auream et argenteam statuam in Capitolio poni passus est: consobrinos suos interfecit, superbia quoque in eo execrabilis fuit.

24. Expeditiones quatuor habuit, unam adversus Sarmatas, alterum adversus Cattos, duas adversum Dacos. De Dacis Cattisque duplicem quidem triumphum egit: de Sarmatis solam lauream usurpavit. Multas quidem calamitates iisdem bellis passus est; nam in Sarmatia legiones ejus cum duce interfectæ: et à Dacis Appius Sabinus Consularis, et Cornelius Fuscus Præfectus Prætorio, cum magnis exercitibus occisi sunt. Romæ quoque multa opera fecit; in his Capitolium et Forum Transitorium, Odeum, Porticus, Isium ac Serapium, et Stadium. Verum cum ob scelera universis exosus esse cœpisset, interfectus est suorum conjuratione in Palatio, anno ætatis xlv imperii xv. Funus ejus cum ingenti dedecore per Vespillones exportatum, et ignobiliter est sepultus.

ORDO.

23. Mox Domitiánus accépit impérium, ipsíus júnior frater, símílior Neróni aut Calígulæ aut Tibério, quàm suo patri vel fratri, tamen primis annis fuit moderátus in império: mox progréssus ad ingéntia vítia libídinis, iracúndiæ, crudelitátis, *et* avarítiæ, concitavit tantum ódium in se, ut aboléret mérita patris et fratris. Interfecit nobilíssimos ex Senátu. Primus jussit se appellári Dóminum et Deum: est passus nullam nisi aúream et argénteam státuam poni sibi in Capitólio: interfecit suos consobrinos, *et* fuit quoque execrabilis supérbia in eo. 24. Hábuit quátuor expeditiónes, unam advérsus Sarmatas, álteram advérsus Cattos, *et* duas advérsum Dacos. Egit dúplicem triumphum quidem de Dacis Cattísque: usurpávit laúream solam de Sarmátis. Est passus multas calamitátes quidem iísdem bellis; nam in Sarmátiâ ejus legiónes, cum duce, *erant* interféctæ: et Appius Sabínus Consuláris, et Cornélius Fuscus præféctus prætório, cum magnis exercítibus sunt occísi a Dacis. Fecit multa ópera Romæ quoque; in his Capitólium, et Forum Transitórium, Odeum, Pórticus, Ísium ac Serápium, et Stádium. Verùm cum cœpísset esse exósus univérsis ob scélera, est interféctus a conjuratióne suórum in Palátio, quadragésimo quinto anno ætátis, *et* quinto décimo impérii. Ejus funus est exportátum cum ingénti dedécore per Vespillónes, et ignobíliter est sepúltus.

LIBER OCTAVUS.

1. ANNO octingenteſimo et quinquageſimo ab Urbe conditâ, Vetere et Valente Conſulibus, Reſpublica ad proſperrimum ſtatum rediit, bonis principibus ingenti felicitate commiſſa. Domitiano enim exitiali tyranno Nerva ſucceſſit, vir in privata vitâ moderatus & ſtrenuus; nobilitatis mediæ, qui ſenex admodum operam dante Petronio Secundo, Præfecto Prætorio, item Parthenio interfectore Domitiani, Imperator factus, æquiſſimum ſe et civiliſſimum præbuit. Reipublicæ divinâ proviſione conſulit, Trajanum adoptando. Mortuus eſt Romæ, poſt annum & quatuor menſes imperii ſui ac dies octo; ætatis lxx et altero anno, atque inter Divos relatus eſt.

2. Succeſſit ei Ulpius Trajanus Crinitus, natus Italicæ in Hiſpaniâ, familiâ antiqua magis quam clara: nam pater ejus primum Conſul fuit. Imperator autem apud Agrippinam civitatem in Gallis factus eſt. Rempublicam ita adminiſtravit, ut omnibus principibus merito præferatur. Inuſitatæ civilitatis et fortitudinis fuit. Romani Imperii, quod, poſt Auguſtum, defenſum

ORDO.

1. Octingentéſimo et quinquagéſimo anno ab urbe cónditâ, Vétere et Valénte Consúlibus, reſpública redívit ad proſpérrimum ſtatum, commíſſa bonis princípibus ingénti felicitáte. Enim Nerva ſuccéſſit Domitiáno exitiáli tyránno, vir moderátus et ſtrénuus in privátâ vitâ: médiæ nobilitátis, qui ádmodum ſenex, factus imperátor, Petrónio Secúndo, Præféćto Prætório, dante óperam, *et* item Parthénio interfectóre Domitiáni, præbuit ſe æquíſſimum et civiliſſimum. Conſulit Reipúblicæ divínâ proviſióne, adoptándo Trajánum. Eſt mórtuus Romæ poſt annum ét quátuór menſes ac octo dies ſui impérii: ſeptuagéſimo & áltero anno ætátis, atque eſt relátus inter Divos. 2. Ulpius Trajánus Crinítus ſuccéſſit ei, natus Itálicæ in Hiſpániâ, magis antíquâ quàm clarâ famíliâ; nam ejus pater fuit Conſul primùm. Autem eſt factus Imperátor apud Agrippínam civitátem in Gallis. Ita adminiſtrávit Rempúblicam, ut meritó præferátur ómnibus princípibus. Fuit inuſitátæ civilitátis et fortitúdinis. Diffúdit longè laté. que fines Románi impérii, quod, poſt Augúſtum, fúerat magis defén-

fenſum magis fuerat quam nobiliter ampliatum, fines longè latè, que diffudit; urbes trans Rhenum in Germania reparavit: Daciam, Decibalo victo, ſubegit, provinciâ trans Danubium facta, in his agris, quos nunc Taiphali habent, et Victophali, et Thervingi. Ea provincia decies centena millia in circuitu tenet.

3. Armeniam, quam occupaverant Parthi, recepit, Pharnace Syro occiſo, qui eam tenebat. Albanis regem dedit. Iberorum regem et Sauromatarum, Boſporanorum, et Arabum, & Oſdroenorum, & Colchorum in fidem accepit. Adiabenos, et Marcomedos occupavit: & Anthemiſium magnam Perſidis regionem, Seleuciam et Cteſiphontem, Babylonem et Edeſſios vicit, ac tenuit uſque ad Indiæ fines, et Mare Rubrum acceſſit: atque ibi tres Provincias fecit, Armeniam, Aſſyriam, Meſopotamiam, cum his gentibus quæ Macedenam attingunt. Arabiam poſtea in Provinciæ formam redegit: in Mari Rubro claſſem inſtituit, ut per eam Indiæ fines vaſtaret.

4. Gloriam tamen militarem civilitate et moderatione ſuperavit, Romæ et per provincias æqualem ſe omnibus exhibens: amicos ſalutandi gratiâ frequentans, vel ægrotantes, vel cum feſtos dies habuiſſent, convivia cum iiſdem indiſcreta viciſſim habens, ſæpe in vehiculis eorum ſedens, nullum Senatorum lædens nihil injuſtum adaugendum fiſcum agens. Liberalis in cunctos, publicè privatimque ditans omnes, et honoribus augens, quos vel mediocri fami-

ORDO.

ſum, quàm nobíliter ampliátum: reparávit urbes trans Rhenum in Germániâ: ſubégit Dáciam, victo Decíbalo, factâ provinciâ trans Danúbium, in his agris, quos nunc Taiphali et Victóphali et Thervíngi habent. Ea província tenet décies centéna millia *paſſuum* in circúitu. 3. Recépit Arméniam, quam Parthi occupáverant Pharnáce Syro occíſo, qui tenébat eam. Dedit regem Albánis. Accépit regem Iberórum et Sauromatárum, et Boſporanórum, et Arabum, et Oſdroenórum, et Colchórum in fidem. Occupávit Adiabénos et Marcomédos: et vicit Anthemíſium, magnam regiónem Pérſidis, Seleúciam et Cteſiphóntem, Babylónem et Edéſſios, ac ténuit uſquè ad fines Indiæ, et Rubrum Mare accéſſit: atque ibi fecit tres Provincias: Arméniam, Aſſyriam, Meſopotámiam, cum his géntibus quæ attíngunt Macedénam. Póſteâ redégit Arábiam in formam Provínciæ: inſtítuit cláſſem in Rubro Mari, ut per eam vaſtáret fines Indiæ. 4. Tamen ſuperávit militarem glóriam civilitáte et moderatióne, exhibens ſe æqualem ómnibus Romæ et per províncias: frequéntans amícos, grátiâ ſalutándi *eos*, vel ægrotántes cùm habuíſſent feſtos dies, habens convívia indiſcréta cum iiſdem vicíſſim, ſæpe ſedens in eórum vehículis, lædens nullum Senatórum, *et* agens nihil injúſtum ad augéndum fiſcum. Liberális in cunctos, públicè privatímque ditans, et honóribus augens omnes, quos cognovíſſet vel mediócri fami-

familiaritate cognoviſſet: orbem terrarum ædificans, multas immunitates civitatibus tribuens; nihil non tranquillum & placidum agens: adeo ut omni ejus ætate unus tantum Senator damnatus ſit; at is tamen per Senatum, ignorante Trajano. Ob hoc per orbem terrarum Deo proximus, nihil non venerationis meruit & vivus & mortuus.

5. Inter alia dicta hoc illius fertur egregium; amicis enim culpantibus, quod nimis circa omnes comis eſſet, reſpondit: talem ſe Imperatorem eſſe privatus, quales eſſe ſibi Imperatores privatus optaſſet. Poſt ingentem igitur gloriam belli domique quæſitam, é Perſide rediens, apud Seleuciam Iſauriæ, profluvio ventris extinctus eſt. Obiit autem ætatis anno lxii, menſe nono, et die quarto: imperii anno xix, menſe vi, die xv. Inter Divos relatus eſt, ſoluſque omnium intra urbem ſepultus. Oſſa ejus collocata in urnâ aurea, in foro quod ædificavit, ſub columnâ ſita ſunt, cujus altitudo, cxliv pedes habet. Hujus tantum memoriæ delatum eſt, ut, uſque ad noſtram ætatem, non aliter in Senatu principibus acclametur, niſi felicior Auguſto, melior Trajano. Adeo in eo gloria bonitatis obtinuit, ut vel aſſentantibus, vel verè laudantibus, occaſionem magnificentiſſimi præſtet exempli.

6. Defuncto Trajano, Ælius Adrianus creatus eſt princeps; ſine aliquâ quidem voluntate Trajani,

ORDO.

familiaritáte; ædíficans *óppida per* orbem terrárum, tríbuens multas immunitátes civitátibus: agens nihil non tranquíllum et placidúm: ádeò ut omní ejus ætáte tantúm unus Senátor ſit damnátus; áttamen is *erat damnátus* per Senátum Trajáno ignoránte. Ob hoc *hábitus* próximus Deo per orbem terrárum, et vivus et mórtuus méruit non nihil veneratiónis; i. e. *meruit omnem veneratiónem.* 5. Inter ália dicta, hoc egrégium fertur *eſſe* illíus; enim amícis culpántibus *eum* quod eſſet nimis comis circa omnes, reſpóndit: ſe imperatórem eſſe tálem privátis, quales privátus optavíſſet ímperatóres eſſe ſibi. Igitur poſt ingéntem glóriam quæsítam domi bellíque, rédiens é Perſide, eſt extinctus profluvio ventris apud Seleúciam Iſaúriæ. Autem obívit ſexagéſimo ſecúndo anno ætátis, nono menſe et quarto die: nono décimo anno, ſexto menſe, quinto-decimo die *ejus* impérii. Eſt relátus inter Divos, ſolúſque ómnium ſepúltus intra urbem. Ejus oſſa, collocáta in áureâ urnâ, ſunt ſita in foro, quod ædificávit, ſub colúmnâ, cujus altitúdo habet centum quadragínta quátuor pedes. Tantum eſt delátum memóriæ hujus, ut, uſque ad noſtram ætátem, non áliter acclamétur princípibus in Senátu, niſi felícior Augúſto, mélior Trajáno. Gloria bonitátis in eo obtínuit ádeo, ut præſtet occaſiónem magnificentíſſimi exémpli vel aſſentántibus, vel veré laudántibus. 6. Trajano defúncto, Ælius Adriánus eſt creátus princeps; ſine áliquâ

Trajani, ſed operam dante Plotinâ Trajani uxore; nam eum Trajanus, quanquam conſobrinæ filium, vivens noluerat adoptare. Natus et ipſe Italicæ in Hiſpaniâ, qui Trajani gloriæ invidens, ſtatim provincias tres reliquit, quas Trajanus addiderat; et de Aſſyria, Meſopotamia, et Armenia revocavit exercitus; ac finem imperii eſſe voluit Euphratem. Idem de Dacia facere conatum amici deterruerunt; ne multi cives Romani Barbaris traderentur: propterea quod Trajanus, victâ Dacia, ex toto orbe Romano infinitas eo copias hominum tranſtulerat, ad agros et urbes colendas. Dacia enim diuturno bello Decibali viris fuerat exhauſta.

7. Pacem tamen omni tempore imperii ſui habuit: ſemel tantum per præſidem dimicavit, Orbem Romanum circumivit, et multa ædificavit. Facundiſſimus Latino ſermone, Græco eruditiſſimus fuit. Non magnam clementiæ gloriam habuit: diligentiſſimus tamen circa ærarium, et militum diſciplinam. Obiit in Campania, major ſexagenario, imperii anno xx, menſe x, die xxix: Senatus ei tribuere noluit divinos honores; tamen cum ſucceſſor ipſius Titus Aurelius Fulvius Antoninus hoc vehementer exigeret, et univerſi Senatores palam reſiſterent, tandem obtinuit.

8. Ergo Adriano ſucceſſit T. Antoninus Fulvius Bolonius, idem etiam Pius nominatus; genere claro, ſed non admodum vetere: vir inſignis, et qui merito Numæ Pompilio conferatur;

ORDO.

quâ voluntáte Trajáni quidem, ſed Plotínâ uxóre Trajáni dante óperam: nam Trajánus vivens nolúerat adoptáre eum, quanquam filium conſóbrinæ. Et ipſe *erat* natus Itálicæ in Hiſpániâ: qui ínvidens glóriæ Trajáni, ſtatim reliquit tres províncias, quas Trajánus addíderat; et revocávit exércitus de Aſſyriâ, Meſopotámiâ et Arméniâ: ac vóluit Euphrátem eſſe finem impérii. Amíci deterruérunt *eum* conátum fácere idem de Dacis; ne multi Román cives traderéntur Bárbaris; proptéreà quòd Trajánus, victâ Dáciâ, tranſtúlerat infinítas cópias hóminum ex toto Román orbe eò ad agros et urbes colêndas. Enim Dácia fúerat exháuſta viris diutúrno bello Decíbali. 7. Tamen hábuit pacem omni témpore ſuit impérii: dimicavit tantum ſemel per præſidem. Circumívit Románum orbem, ædificávit multa. Fuit facundíſſimus Latíno ſermóne, *et* eruditíſſimus Græco. Non hábuit magnam glóriam cleméntiæ, tamen diligentíſſimus círca ærárium et diſciplínam mílitum. Obívit in Campániâ, major ſexagenário, vigéſimo primo anno, décimo menſe, vigéſimo nono die impérii: Senátus nóluit tribúere divínos honóres ei: tamen cùm ipſius ſuccéſſor Titus Aurélius Fulvius Antoninus exígeret hoc veheménter, et univérſi Senatóres reſíſterent palàm, tandem obtínuit. 8. Ergo Titus Antonínus Fúlvius Bolónius ſucceſſit Adriáno, idem etiam erat nominatus Pius; claro génere, ſed non àdmodùm vétere, insignis vir, et qui mérítò conferátur

tur; ita ut Romulo Trajanus æquetur. Vixit ingenti honore privatus; majori in imperio; nulli acerbus, cunctis benignus: in re militari moderata gloria: defendere magis provincias quam amplificare ſtudens: viros juſtiſſimos ad adminiſtrandam Rempublicam quærens; bonis honorem habens, improbos ſine aliqua acerbitate deteſtans, regibus amicis venerabilis, non minus quam terribilis, adeo ut Barbarorum plurimæ nationes, depoſitis armis, ad eum controverſias ſuas liteſque deferrent, ſententiæque ejus parerent. Hic ante imperium ditiſſimus, opes quidem ſuas ſtipendiis militum, & circa amicos liberalitatibus minuit, verum ærarium opulentum reliquit. Pius propter clementiam dictus eſt. Obiit apud Lorium, villam ſuam, milliario ab urbe xii, vitæ anno lxxxiii, imperii xxiii, atque inter Divos relatus eſt, & meritò conſecratus.

9. Poſt hunc imperavit M. Antoninus Verus; haud dubie nobiliſſimus: quippe cum ejus origo paterna à Numa Pompilio, materna à Salentino rege penderet: et cum eo L. Annius Antoninus Verus: tumque primum Romana Reſpublica duobus æquo jure imperium adminiſtrantibus paruit; cum uſque ad eum ſingulos ſemper habuiſſet Auguſtos.

10. Hi et genere inter ſe conjuncti fuerunt, et affinitate; nam Verus Annius Antoninus Marci Antonini filiam in matrimonium habuit: M. Antoninus gener

ORDO.

rátur Numæ Pompílio; ita ut Trajánus æquétur Rómulo. Privátus vixit ingénti honóre; majóri in império; acérbus nulli, benígnus cunctis: moderátâ glóriâ in militári re: ſtudens magis defénděre quam amplificáre províncias: quærens juſtíſſimos viros ad adminiſtrándam rempúblicam: habens honórem bonis, detéſtans ímprobos ſinè áliquâ acerbitáte; non minus venerábilis, quam terríbilis régibus amícis *Romanórum*, ádeò ut plúrimæ natiónes Barbarórum, depóſitis armis, deférrent ſuas controvérſias litéſque ad eum, pareréntque ejus ſenténtiæ. Hic ditíſſimus ante impérium, mínuit ſuas opes quidem ſtipéndiis mílitum, et liberalitátibus circa amícos, verúm relíquit opulentum ærárium. Eſt dictus Pius propter cleméntiam. Obívit apud Lórium, ſuam villam, duodécimo milliário ab urbe, octogéſimo tértio anno vitæ, vigéſimo tértio impérii, atque eſt relátus inter Divos, et méritò conſecrátus. 9. Poſt hunc Marcus Antonínus Verus imperávit; haud dúbiè nobiliſſimus: quippe cùm ejus paterna orígo pendéret à Numâ Pompílio, *et* matérna à Salentíno rege: et cum eo Lúcius Antonínus Verus: tumque primùm Romána Reſpública páruit duobus adminiſtrántibus impérium æquo jure: cùm uſque ad eum ſemper habuíſſet ſíngulos Augúſtos, i. e. *Imperatóres*. 10. Hi fuérunt conjuncti inter ſe et génere, et affinitáte; nam Verus Annius Antonínus hábuit filiam Marci Antoníni in matrimónium: Marcus Antonínus fuit

gener

ner Antonini Pii fuit, per uxorem Galeriam Fauſtinam juniorem conſobrinam ſuam. Hi bellum contra Parthos geſſerunt, qui poſt victoriam Trajani tum primùm rebellaverant. Verus Antoninus ad id profectus eſt: qui Antiochiæ & circa Armeniam agens multa per duces & ingentia patravit: Seleuciam Aſſyriæ urbem nobiliſſimam cum D millibus hominum cepit: Parthicum triumphum revexit, cum fratre eodemque ſocero triumphavit. Obiit tamen in Venetia, cum à Concordia civitate Altinum proficiſceretur, & cum fratre in vehiculo ſederet, ſubito ſanguine ictus, caſu morbi, quem Græci ἀποπληξιν vocant, vir ingenii parùm civilis reverentia tamen fratris nihil unquam atrox auſus. Cum obiiſſet xi imperii anno, inter Divos relatus eſt:

11. Poſt eum Marcus Antoninus ſolus rempublicam tenuit, vir quem mirari faciliùs quis quam laudare poſſit: à principio vitæ tranquilliſſimus; adeo ut in infantia quoque vultum nec ex gaudio nec ex mœrore mutaret. Philoſophiæ deditus Stoicæ, ipſæ etiam non ſolum vitæ moribus, ſed etiam eruditione philoſophus, tantæ admirationis adhuc juvenis, ut eum ſucceſſorem paraverit Adrianus relinquere, adoptato tamen Antonino Pio, generum eſſe ei idcirco voluerit, ut hoc ordine ad imperium perveniret.

12. Inſtitutus eſt ad philoſophiam per Appollonium Chalcedonium; ad ſcientiam Græcarum literarum per Sextum Chæronenſem, Plutarchi nepotem. Latinas autem literas eum Fronto

ORDO.

gener Antonini Pii, per uxórem Galériam Fauſtínam ſuam juniórem conſobrínam. Hi geſſérunt bellum contra Parthos, qui tum primum rebelláverant poſt victóriam Trajáni. Verus Antonínus eſt profectus ad id: qui agens Antiochiæ et circa Arméniam, patrávit multa et ingéntia per duces: cepit Seleúciam nobiliſſimam urbem Aſſyriæ cum quingéntis míllibus hóminum; revéxit Párthicum triúmphum, *et*, cum fratre eodémque ſócero, triumphávit. Tamen obívit in Venétiâ, cúm proficiſcerétur à civitáte Concórdiâ Altínum, et ſedéret cum fratre in vehiculo, ictus ſúbito ſanguine, caſu morbi, quem Græci vocant ἀποπληξιν vir ingénii parùm civílis, tamen reverêntiâ fratris uſquam auſus nihil atrox. Cùm obivíſſet undécimo anno impérii, eſt relátus inter Divos. 11. Poſt eum Marcus Antonínus ſolus ténuit rempúblicam, vir, quem quis poſſit facílius mirari quàm laudáre; tranquilliſſimus à princípio vitæ; ádeò ut in infantiâ quoque mutáret vultum nec ex gaúdio, nec ex mœróre. *Erat* déditus Stóicæ philoſóphiæ, ipſe étiam philóſophus, non ſolùm móribus vitæ, ſed etiam eruditióne; tantæ admiratiónis adhuc júvenis, ut Adriánus paráverit relínquere eum *ſuum* ſucceſſórem, tamen adoptáto Antoníno Pio, idcírcò volúerit *enim* eſſe génerum ei, ut hoc órdine perveníret ad impérium. 12. Eſt inſtitútus ad philoſophiam per Apollónium Chalcedónium; ad ſciéntiam Græcárum literárum per Sextum Chæronénſem; nepótem Plutárchi. Autem

Fronto

to orator nobiliſſimus docuit. Hic cum omnibus Romæ æquo jure egit; ad nullam inſolentiam elatus imperii faſtu: Liberalitatis promptiſſimæ provincias ingenti benignitate & moderatione tractavit. Contra Germanos, eo principe, res feliciter geſtæ ſunt. Bellum ipſe unum; ſed quantum nulla memoria fuit, adeo ut Punicis conferatur; nam eo gravius eſt factum, quod univerſi exercitus perierant; ſub hoc enim tantus caſus peſtilentiæ fuit, ut poſt victoriam Perſicam Romæ, ac per Italiam provinciaſque maxima hominum pars, militum omnes fere copiæ languore defecerint.

13. Ingenti ergo labore & moderatione cum apud Carnuntum jugi triennio perſeveraſſet, bellum Marcomannicum confecit, quod, cum his, Quadi, Vandali, Sarmatæ, Suevi, atque omnis Barbaria commoverat: multa hominum millia interfecit: ac Pannoniis ſervito liberatis, Romæ rurſus cum Commodo Antonino filio ſuo, quem jam Cæſarem fecerat, triumphavit. Ad hujus belli ſumptum ærario exhauſto, cum largitiones nullas haberet, neque indicere Provincialibus aut Senatui aliquid vellet, inſtrumentum regii cultus, factâ in Foro Divi Trajani ſectione, diſtraxit: vaſa aurea, pocula cryſtallina & murrhina, uxoriam ac ſuam ſericam, ac auream veſtem, multa ornamenta gemmarum: ac per duos continuos menſes venditio habita eſt, multumque auri redactum. Poſt victoriam tamen emptoribus

ORDO.

Fronto nobiliſſimus orátor dócuit eum Latínas líteras. Hic egit Romæ cum ómnibus æquo jure; elátus ad nullam inſoléntiam faſtu impérii: *vir* promptíſſimæ liberalitátis tractávit províncias ingénti benignitate et moderatióne. Eo príncipe, res ſunt geſtæ felíciter contra Germános. Ipſe *geſſit* unum bellum; ſed quantum fuit nullâ memóriâ, ádeò ut conferátur Púnicis; nam eſt factum grávius eo, quòd univérſi exércitus períverant: enim ſub hoc fuit tantus caſus peſtiléntiæ, ut poſt Pérſicam victóriam Romæ, ac per Itáliam provinciáſque máxima pars hóminum, *et* ferè omnes cópiæ mílitum defécerint languóre. 13. Ergo cùm perſeveravíſſet jugi triénnio ingénti labóre et moderatióne apud Carnúntum, confécit Marcománnicum bellum, quod, cum his, Quadi, Vandáli, Sarmátæ, Suévi, atque omnis Barbária commóverat: interfécit multa míllia hóminum: ac Pannóniis liberátis ſervítio, rurſus triumphávit Romæ cum Antonino ſuo filio, quem jam fécerat Cæſarem, i. e. *ſucceſſórem*. Ærário exhaúſto ad ſumptum hujus belli, cúm habéret nullas largitiónes, neque vellet indícere áliquid Provinciálibus aut Senátui, diſtráxit inſtrumértum regii cultus, factâ ſectióne in foro Divi Trajáni: *viz.* aúrea vaſa, cryſtallína et murrhína pócula, uxóriam ac ſuam féricam ac aúream veſtem, *et* multa ornaménta gemmárum: ac per duos continuos menſes vendítio eſt hábita, multúmque auri *eſt* redáctum. Tamen poſt victóriam

emptoribus pretia reſtituit, qui reddere comparata voluerunt: moleſtus nulli fuit, qui maluit ſemel empta retinere.

14. Hic permiſit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu quo ipſe, et miniſtris ſimilibus exhiberent. In editione munerum poſt victoriam adeo magnificus fuit, ut centum ſimul leones exhibuiſſe tradatur. Cum igitur fortunatam rempublicam et virtute et manſuetudine reddidiſſet, obiit xviii imperii anno, vitæ lxi, et omnibus certatim adnitentibus, inter Divos relatus eſt.

15. Hujus ſucceſſor, L. Antoninus Commodus, nihil paternum habuit, niſi quod contra Germanos feliciter et ipſe pugnavit. Septembrem menſem ad nomen ſuum transferre conatus eſt, ut Commodus diceretur: ſed luxuria et obſcœnitate depravatus, gladiatoriis armis ſæpiſſime in ludo, deinceps etiam in ampitheatro cum hujuſmodi hominibus ſæpe dimicavit. Obiit morte ſubita, adeo ut ſtrangulatus, vel veneno interfectus putaretur: cum annis xii poſt patrem, et viii menſibus imperaſſet, tanta execratione omnium, ut hoſtis humani generis etiam mortuus judicaretur.

16. Huic ſucceſſit Pertinax, grandævus jam; ut qui ſeptuagenariam attigiſſet ætatem, Præfecturam Urbi tum agens ex Senatus conſulto imperare juſſus. Octogeſimo imperii die Prætorianorum militum ſeditione, et Juliani ſcelere occiſus.

17. Poſt eum Salvius Julianus Rempublicam invaſit, vir nobilis &

ORDO.

riam reſtituit prétia emptóribus, qui voluérunt réddere comparáta: fuit moléſtus nulli, qui máluit retinére ſemel empta. 14. Hic permiſit clarióribus viris, ut, exibérent convívia eódem cultu quo ipſe, et ſimílibus miníſtris. In editióne múnerum poſt victóriam fuit ádeó magníficus, ut tradátur exhibuíſſe centum leónes ſimul. Cum ígitur reddidíſſet rempúblicam fortunátam et virtúte et manſuetúdine, obívit décimo octávo anno impérii, ſexagéſimo primo vitæ, et ómnibus adniténtibus certatim, eſt relátus inter Divos. 15. Hujus ſuccéſſor Lúcius Antonínus Cómmodus, hábuit nihil patérnum, niſi quòd et ipſe pugnávit feliciter contra Germános. Eſt conátus transférre menſem Septémbrem ad ſuum nomen, ut dicerétur Cómmodus; ſed depravátus luxúriâ et obſcœnitáte, ſæpíſſimè dimicávit gladiatóriis armis in ludo, deínceps étiam ſæpe cúm homínibus hujúſmodi in amphitheatro. Obívit ſúbitâ morte, ádeò ut putarétur *fuíſſe* ſtrangulátus, vel interféctus venéno: cùm imperavíſſet duodecim annis et octo ménſibus poſt patrem, tantâ execratióne ómnium, ut étiam mórtuus judicarétur hoſtis humáni géneris. 16. Pértinax ſuccéſſit huic, jam grandævus; ut qui attigíſſet ſeptuagenáriam ætátem, tum agens Præfectúram urbi *eſt* juſſus imperáre ex conſúlto ſenátûs. Octogéſimo die impérii eſt occíſus ſeditióne prætorianórum mílitum, et ſcélere Juliáni. 17. Poſt eum Sálvius Juliánus invásit rempúblicam, nóbilis vir, et peritíſſimus juris; nepos

Sálvii

& juris peritiſſimus; nepos Salvii Juliani, qui ſub Divo Adriano perpetuum compoſuit edictum. Victus eſt à Severo apud Mulvium pontem, interfectus in Palatio. Vixit menſibus ſeptem, poſtquam cœperat imperare.

18. Hinc Imperii Romani adminiſtrationem Septimius Severus accepit, oriundus ex Africa, provinciâ Tripolitani, oppido Lepti. Solus omni memoria et ante et poſtea ex Africa Imperator fuit. Hic primum Fiſci Advocatus, mox Militaris Tribunus, per multa deinde & varia officia atque honores uſque ad adminiſtrationem totius Reipublicæ pervenit. Pertinacem ſe appellari voluit, in honorem ejus Pertinacis, qui à Juliano fuerat occiſus. Parcus admodum fuit, natura ſævus. Bellâ multa et feliciter geſſit. Peſcennium Nigrum, qui in Ægypto & Syria rebellaverat, apud Cyzicum interfecit. Parthos vicit: Arabas eo uſque ſuperavit ut etiam provinciam ibi faceret; idcirco Parthicus et Arabicus dictus eſt. Multa toto Romano orbe reparavit. Sub eo etiam Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace ſocius fuerat Juliano, Cæſarem ſe in Gallia fecit: victuſque apud Lugduum eſt et interfectus.

19. Severus autem, præter bellicam gloriam, etiam civilibus ſtudiis clarus fuit, et literis doctus, philoſophiæ ſcientiam ad plenum adeptus. Noviſſimum bellum in Britannia habuit: utque receptas provincias omni ſecuritate muniret, vallum per xxxii millia paſſuum à mari ad mare

ORDO.

Sálvii Juliáni, qui compóſuit perpetuum edíctum ſub Divo Adriáno. Eſt victus à Sevéro apud Múlvium pontem, *et* interféctus in Palátio. Vixit ſeptem ménſibus, poſtquam cæperat imperáre. 18. Hinc Septímius Sevérus accépit adminiſtratiónem Románi Impérii, oriúndus ex Africâ, Tripolitána provínciâ, óppido Lepti. Solus fuit imperátor ex Africâ omni memóriâ et antè et poſteâ. Hic primum *erat* Advocátus Fiſci, mox Militáris Tribúnus, deínde, per multa et vária officia atque honóres, pervénit uſquè ad adminiſtratiónem totíus reipúblicæ. Vóluit ſe appellári Pertinácem, in honórem ejus Pertinácis, qui fúerat occíſus à Juliáno. Fuit ádmodùm parcus, *et* ſævus natúrâ. Geſſit multa bella et felíciter. Interfécit Peſcénnium Nigrum, qui rebelláverat in Ægypto et Syriâ, apud Cyzicum. Vicit Parthos: ſuperávit Arabas uſque eo, ut faceret étiam provínciam ibi: idcírcò eſt dictus Párthicus et Arábicus. Reparávit multa toto Románo orbe. Sub eo étiam Clódius Albínus, qui fuerat ſócius Juliáno in occidéndo Pertinace, fecit ſe Cæſarem, i. e. *imperatórem* in Gallia: eſtque victus apud Lugdúnum et interféctus. 19. Autem Sevérus, præter béllicam glóriam, fuit étiam clarus civílibus ſtúdiis, et doctus líteris, adéptus ſcientiam phloſóphiæ ad plenum. Hábuit noviſſimum bellum in Británniâ: utque muníret receptas provincias omni ſecuritáte, dedúxit vallum per trigínta duo míllia páſſuum à mari ad mare. Decéſſit Ebóraci ádmodum ſenex,

octávo-

mare deduxit. Deceſſit Eboraci admodum ſenex, imperii anno xviii, menſe iv, & Divus appellatus eſt: nam filios ſuos ſucceſſores reliquit, Baſſianum & Getam; ſed Baſſiano Antonini nomen à ſenatu voluit imponi; itaque dictus eſt M. Aurelius Antoninus Baſſianus, patrique ſucceſſor. Nam Geta hoſtis publicus judicatus, confeſtim periit.

20. Marcus igitur Aurelius Antoninus Baſſianus, idemque, Caracalla, morum fere paternorum fuit, paulo aſperior & minax. Opus Romæ egregium fecit lavacri, quæ Antonianæ appellantur, nihil præterea memorabile: impatiens libidinis, ut qui novercam ſuam Juliam uxorem duxerit. Defunctus in Oſdroene apud Edeſſam, moliens adverſum Parthos expeditionem, anno imperii vi, menſe ii, vix egreſſus ætatis xliii annum, funere publico clarus.

21. Opilius deinde Macrinus, qui præfectus Prætorio erat, cum filio Diadumeno facti Imperatores, nihil memorabile ex temporis brevitate geſſerunt: nam imperium eorum duûm menſium & unius anni fuit: ſeditione militari ambo pariter occiſi ſunt.

22. Creatus eſt poſt hos M. Aurelius Antoninus: Antonini Caracallæ filius putabatur; ſacerdos autem Heliogabali templi erat. Is, cum Romam ingenti & militum & Senatûs expectatione veniſſet, probris ſe omnibus contaminavit. Impudiciſſimè & obſcœniſſimè vixit, biennioque poſt, & viii menſibus tumultu interfectus

ORDO.

octávo-decimo anno impérii, quarto menſe, et eſt appellátus Divus: nam relíquit ſuo filios ſucceſſores Baſſiánum et Getam: ſed vóluit nomen Antoníni impóni Baſſiáno à Senátu; ítaque eſt dictus Marcus Aurélius Antonínus Baſſiánus ſucceſſórque patri. Nam Geta judicátus públicus hoſtis, confeſtim perívit. 20. Igitur Marcus Aurélius Antonínus Baſſiánus, idémque Caracálla fuit ferè paternorum morum, paulò aſpérior et minax. Fecit egrégium opus lavácri Romæ, quæ appellántur Antoniniánæ; *ſed* nihil memorábile prætéreà: impátiens libîdinis, ut qui dúxerit ſuam novércam Júliam uxórem. *Eſt* defúnctus in Oſdroéne apud Edéſſam, móliens expeditionem advérſum Parthos, ſexto anno impérii, ſecúndo menſe, vix egréſſus quadragéſimum tértium annum ætátis, clarus público fúnere. 21. Deínde Opílius Macrínus, qui erat præféctus prætório, cum filio Diaduméno facti imperatóres, geſſerunt nihil memorábile ex brevitáte témporis: nam eórum impérium fuit duórum menſium et unius anni: ambo ſunt occíſi páriter militári ſeditione. 22. Poſt hos Marcus Aurélius Antonínus eſt creátus; putabátur filius Antoníni Caracállæ; autem, erat ſacérdos templi Heliogábali. Is, cúm veníſſet Romam ingénti expectatióne et mílitum et Senátûs, contaminávit ſe omnibus probris. Vixit impudiciſſimè et obſcœníſſimè, biennióque poſt, et octo ménſibus interféctus

militári

fectus militari, & cum eo mater Semia Syra.

23. Succeſſit huic Aurelius Alexander, ab exercitu Cæſar, à Senatu Auguſtus nominatus, juvenis admodum: ſuſceptoque adverſus Perſas bello, Xerxem eorum regem glorioſiſſimè vicit: militarem diſciplinam ſeveriſſimè rexit, quaſdam tumultuantes legiones integras exauctoravit. Aſſeſſorem habuit, Ulpianum, vel ſcrinii magiſtrum, vel juris conditorem. Romæ quoque favorabilis fuit. Periit in Gallia militari tumultu, xiii imperii anno, & die viii, in matrem ſuam Mammæam unicè pius.

ORDO.

militári tumúltu, et cum eo mater Sémia Syra. 23. Aurélius Alexánder ſuccéſſit huic, nominátus Cæſar ab exércitu, Augúſtus a Senátu, ádmodùm júvenis: bellóque ſuſcépto advérſus Perſas, vicit Xerxem eórum regem glorioſiſſimè: rexit militárem diſciplínam ſeveríſſimè, et exauctorávit quaſdam íntegras legiónes tumultuántes. Hábuit Ulpiánum, conditórem juris, vel magíſtrum ſcrinii aſſeſſórem. Fuit favorábilis Romæ quoque. Períit in Galliâ militári tumúltu, tertio-décimo anno ímperii, et octávo die, unicè pius in ſuam matrem Mammæam.

LIBER NONUS.

1. POST hunc Maximinus, ex corpore militari primus, ad imperium acceſſit, ſola militum voluntate, cum nulla Senatûs interceſſiſſet auctoritas, neque ipſe Senator eſſet. Is, bello adverſus Germanos feliciter geſto, cum à militibus eſſet Imperator appellatus, à Pupieno Aquileiæ occiſus eſt, deſerentibus eum militibus ſuis, cum filio adhuc puero, cum quo imperaverat triennio & paucis diebus.

2. Poſtea tres ſimul Auguſti fuerunt: Pupienus, Balbinus, & Gordianus; duo ſuperiores obſcuriſſimo genere, Gordianus nobilis: quippe cujus pater ſenior Gordianus, conſenſu militum, cum Proconſulatum Africæ gereret, Maximino imperante, princeps fuiſſet electus. Itaque cum Romam veniſſent Balbinus & Pupienus, in palatio interfecti ſunt, ſoli Gordiano imperium reſervatum. Gordianus, admodum puer, cum Tranquillinam Romæ duxiſſet uxorem, Janum, Geminum aperuit: & ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit, qui jam moliebantur erumpere, quod quidem mox feliciter geſſit, prælioſque ingentibus Perſas

ORDO.

1. Poſt hunc Maximínus, primus ex militári córpore, acceſſit ad impérium, ſolá voluntáte mílitum, cùm nulla auctóritas Senátûs, interceſsíſſet, neque ipſe eſſet Senátor. Is, geſto bello feliciter advèrſus Germános, cùm eſſet appellátus Imperátor a milítibus, eſt occíſus Aquiléiæ a Pupiéno, ſuis milítibus deſeréntibus eum, cum filio adhuc púero, cum quo imperávit triénnio et paucis diébus. 2. Póſteá fuérunt tres Auguſti. i. e. *Imperatóres*, ſimul: Pupiénus, Balbínus, et Gordiánus, duo ſuperióres obſcuríſſimo génere, Gordiánus nóbilis: quippe cujus pater Gordiánus Sénior, cùm géreret Proconſulátum Africæ, fuiſſet eléctus princeps conſénſu mílitum, Maximíno imperánte. Itaque cum Balbinus et Pupiénus veníſſent Romam, ſunt interfécti in palátio, *et* impérium reſervátum Gordiáno ſoli. Gordiánus ádmodùm puer, cum duxíſſet uxórem Tranquillínam Romæ, apéruit Géminum Janum: et profectus ad Oriéntem, íntulit bellum Parthis, qui jam moliebántur erúmpere, quod quidem mox geſſit feliciter, afflixítque Perſas

Perſas afflixit. Rediens, haud longè a Romanis finibus interfectus eſt fraude Philippi, qui poſt eum imperavit. Miles ei tumulum xx miliario à Circeſſo, quod caſtrum nunc Romanorum eſt, Euphrati imminens, ædificavit, exequias Romam revexit, ipſum Divum appellavit.

3. Philippi duo, filius & pater Gordiano occiſo, imperium invaſerunt: atque exercitu incolumi reducto, ad Italiam è Syria profecti ſunt. His imperantibus milleſimus annus Romæ urbis ingenti ludorum apparatu ſpectaculorumque celebratus eſt. Ambo inde ab exercitu interfecti ſunt: ſenior Philippus Veronæ, Romæ junior. Annis v imperaverunt, inter Divos tamen ralati ſunt.

4. Poſt hos Decius è Pannonia inferiore, Bubaliæ natus, imperium ſumpſit. Bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppreſſit, filium ſuum Cæſarem fecit. Romæ lavacrum ædificavit. Cum biennio ipſe & filius ejus imperaſſent, uterque in Barbarico interfecti ſunt, & inter Divos relati.

5. Mox Imperatores creati ſunt, Gallus Hoſtilianus, & Galli filius Voluſianus. Sub his Æmilianus in Mœſia res novas molitus eſt; ad quem opprimendum cum ambo profecti eſſent, Interamnæ interfecti ſunt, non completo biennio; nihil omnino clarum geſſerunt. Solâ peſtilentiâ et morbis atque ægritudinibus notus eorum principatus fuit.

6. Æmilianus obſcuriſſimè natus, obſcuriùs imperavit; ac tertio menſe extinctus eſt.

7. Hinc

ORDO.

Perſas ingéntibus prælíis. Rédiens eſt interfectus haud longè a Románis finibus fraude Philíppi, qui imperávit poſt eum. Miles ædificávit túmulum ei vigéſimo milliário a Circéſſo, quod nunc eſt caſtrum Romanórum, imminens Euphráti, revéxit exéquias Romam, *et* appellávit ipſum Divum. 3. Gordiáno occíſo, duo Philíppi, filius et pater, invaſérunt impérium: atque redúcto exércitu incólumi, ſunt profécti ad Itáliam e Syriâ. His imperántibus, milléſimus annus urbis Romæ eſt celebrátus ingénti apparátu ludórum ſpectaculorúmque. Inde ambo ſunt interfécti ab exércitu: Sénior Philíppus Verónæ, júnior Romæ. Imperavérunt quinque annis, tamen ſunt reláti inter Divos. 4. Poſt hos Décius e inferióre Pannónia, natus Bubáliæ, ſumpſit impérium. Oppréſſit civíle bellum, quod fúerat motum in Gálliâ, *et* fecit ſuum filium Cæſarem. Ædificávit lavácrum Romæ. Cúm ipſe et ejus filius imperavíſſent biénnio, utérque ſunt interfécti in Barbárico *agro*, et reláti inter Divos. 5. Mox Gallus Hoſtiliánus et Voluſiánus filius Galli ſunt creáti Imperatóres. Sub his Æmiliánus eſt molítus novas res in Mœſiâ: ad oppriméndum quem cum ambo eſſent profécti, ſunt interfécti Interámnæ, biénnio non compléto: geſſérunt nihil omnínò clarum. Eórum principátus fuit notus peſtiléntiâ ſolâ et morbis atque ægritudínibus. 6. Æmiliánus, natus obſcuriſſimè, imperávit obſcúriùs, ac eſt extínctus tértio menſe. 7 Hinc

7. Hinc Licinius Valerianus, in Rhætia & Norico agens, ab exercitu Imperator, & mox Auguſtus eſt factus. Gallienus quoque Romæ à Senatu Cæſar eſt appellatus. Horum imperium Romano nomini pernicioſum, & pene exitiabile fuit, vel infelicitate principum, vel ignaviâ. Germani Ravennam uſque venerunt. Valerianus, in Meſopotamia bellum gerens, à Sapore Perſarum rege ſuperatus eſt: mox etiam captus, apud Parthos ignobili ſervitute conſenuit.

8. Gallienus, cum adoleſcens factus eſſet Auguſtus, imperium primum feliciter, mox commodè, ad ultimum pernicioſè geſſit. Nam juvenis in Gallia & Illyrico multa ſtrenue fecit, occiſo apud Murſiam Ingenuo, qui purpuram ſumpſerat, & Trebellia-

no. Diu placidus & quietus mox in omnem laſciviam diſſolutus, tenendæ Reipublicæ habenas probroſa ignaviâ & deſperatione relaxavit. Alamanni, vaſtatis Galliis in Italiam irruperunt. Dacia, quæ à Trajano ultra Danubium fuerat adjecta, amiſſa eſt. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia, vaſtatæ per Gothos. Pannoniâ à Sarmatis Quadiſque populata eſt: Germani uſque ad Hiſpanias penetraverunt, et civitatem nobilem Tarraconem expugnaverunt. Parthi, Meſopotamiâ occupata, Syriam ſibi cœperunt vindicare.

9. Tum jam deſperatis rebus & deleto pene Imperio Romano, Poſthumus in Gallia, obſcuriſſimè natus, purpuram ſumpſit; & per annos decem ita imperavit, ut conſumptas pene provincias

ORDO.

Licínius Valeriánus, agens in Rhætiâ et Nórico, eſt factus imperátor ab exércitu et mox Augúſtus. Galliénus quoque eſt appellátus Cæſar Romæ a Senátu. Impérium horum fuit pernicióſum Román nómini, et penè exitiábile, vel infelicitáte vel ignáviâ príncipum. Germáni venérunt uſquè *ad* Ravénnam. Valeriánus, gerens bellum in Meſopotámiâ, eſt ſuperátus a Sapóre rege Perſárum: mox étiam captus conſénuit ignóbili ſervitúte apud Parthos. 8. Galliénus, cùm adoléſcens eſſet factus Augúſtus, geſſit impérium primùm feliciter, mox cómmodè, ad últimum pernicióſè. Nam júvenis fecit multa ſtrénuè in Gálliâ et Illyrico, Ingénuo occíſo apud Múrſiam, qui ſumpſerat púrpuram, et *item* Trebelliáno. *Fuit* diu plácidus et quiétus: mox diſſolútus in omnem laſcíviam, relaxávit habénas tenéndæ reipúblicæ probróſâ ignàviâ et deſperatióne. Alamánni, vaſtátis Gálliis, irrupérunt in Itáliam. Dácia, quæ fúerat adjécta a Trajáno ultra Danúbium, eſt amíſſa. Græcia, Macedònia, Pontus *et* Aſia *ſunt* vaſtátæ per Gothos. Pannónia eſt populáta a Sarmátis Quadíſque; Germáni penetravérunt uſquè ad Hiſpánias, et expugnavérunt nobilem civitátem, Tarracónem. Parthi, occupátâ Meſopotámiâ cœpérunt vindicáre Syriam ſibi. 9. Tum, rebus jam deſperátis, et Román império penè deléto, Poſthúmus in Gállia, natus obſcuriſſimè, ſumpſit púrpuram: et per decem annos ita imperávit, ut reparávit províncias

vincias ingenti virtute & moderatione reparavit: seditione tamen militum interfectus est, quod Moguntiacum, quæ adversum eum rebellaverat, Lolliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluisset. Post eum Marius, vilissimus opifex, purpuram accepit, & secundo die interfectus est. Victorinus postea Galliarum accepit imperium, vir strenuissimus: sed cum nimiæ libidinis esset, & matrimonia aliena corrumperet, Agrippinæ occisus est, Actuario quodam machinante dolum, imperii sui anno secundo.

10. Huic successit Tetricus Senator, qui Aquitaniam honore Præsidis administrans, absens a militibus Imperator electus est, & apud Burdegalam purpuram sumpsit, seditiones multas militum pertulit. Sed dum hæc in Gallia geruntur, in Oriente per Odenatum Persæ victi sunt: defensa Syria, recepta Mesopotamia, usque ad Ctesiphontem Odenatus penetravit.

11. Ita Gallieno Rempublicam deserente, Romanum imperium in Occidente per Posthumum, per Odenatum in Oriente servatum est, Gallienus interea Mediolana cum fratre Valeriano occisus est, imperii anno nono: Claudiusque ei successit, a militibus electus, a Senatu appellatus Augustus. Hic Gothos] Illyricum, Macedoniamque vastantes, ingenti prælio vicit, parcus vir ac modestus, et justi tenax, atque Reipublicæ gerendæ idoneus: qui tamen inter biennium imperii morbo interiit, & Divus appellatus

ORDO.

penè consúmptas, ingénti virtúte et moderatióne; interfectus est seditióne mílitum, quód noluísset trádere *civitátem* Moguntíacum, que rebellâverat advérsum eum, diripiéndam milítibus Lolliáno moliénte novás res. Post eum Márius, vilíssimus ópifex, accépit púrpuram, et est interféctus secúndo die. Póstea Victorínus, strenuíssimus vir, accépit impérium Galliárum: sed cum esset nímiæ libídinis, et corrúmperet aliéna matrimónia, est occísus Aggripínæ, quodam Actuário machinánte dolum, secúndo anno sui impérii. 10. Tétricus Senátor succéssit huic, qui adminístrans Aquitániam honóre præsidis absens est eléctus imperátor a milítibus, et sumpsit púrpuram apud Burdegálam, *et* pértulit multas seditiónes militum. Sed dum hæc gerúntur in Galliâ, Persæ sunt victi in Oriénte per Odenátum; Syriâ defénsâ, *et* Macedóniâ recéptâ. Odenátus penetrávit usquè ad Ctesiphóntem. 11. Ita Gallién deserénte Rempúblicam, Románum impérium est servátum per Posthúmum in Occidénte, *et* per Odenátum in Oriénte. Intéreà Galliénus, cum fratre Valeriáno, est occísus Medioláni, nono anno impérii: Claudiúsque succéssit ei, eléctus a milítibus, *et* appellátus Augustus à Senátu. Hic vicit Gothos, vastántes Illyricum, Macedoniamque, ingénti prælio; parcus vir, ac modéstus, et tenax justi, atque idoneus geréndæ reipúblicæ; qui tamen, intra biennium, interívit morbo, et est appellátus Divus. Senátus decorávit eum ingenti hónore,

tus est. Senatus ingenti eum honore decoravit, scilicet, ut in curia clypeus ipsi aureus, item in Capitolio statua aurea poneretur.

12. Quintilius post eum, Claudii frater, consensu militum Imperator electus est, vir unica moderationis & civilitatis laude æquandus fratri vel præponendus, consensu Senatus appellatus Augustus, septimo-decimo die imperii occisus est.

13. Post eum Aurelianus suscepit imperium. Dacia Ripensi oriundus, vir in bello potens, animi tamen immodici, & ad crudelitatem propensioris, quique Gothos strenuissimè vicit. Romanam ditionem ad fines pristinos variâ bellorum felicitate revocavit: superavit in Gallia Tetricum apud Catalaunos, ipso Tetrico prodente exercitum suum: cujus assiduas seditiones ferre non poterat; quin etiam per literas occultas Aurelianum ita fuerat deprecatus, ut inter alia, versu Virgiliano uteretur: *Eripe me his, invicte, malis* . . . . . Zenobiam quoque, occiso marito Odenato, qui Orientem tenebat haud longe ab Antiochia, non sine gravi prælio cepit; ingressusque Romam, nobilem triumphum quasi receptor Orientis Occidentisque egit; currum præcedentibus Tetrico et Zenobia: qui quidem Tetricus etiam corrector Lucaniæ postea fuit, ac privatus diutissime vixit. Zenobia autem posteros, qui adhuc manent Romæ, reliquit.

14. Hoc imperante etiam Monetarii in urbe rebellaverunt, vitiatis pecuniis Felicissimo Rationali interfecto: quos Aurelianus

ORDO.

nóre, scílicet ut aúreus clypeus ponerétur ipsi in cúriâ, *item* aúrea státua in Capitólio. 12. Post eum Quintílius, frater Claúdii, est electus imperátor consénsu mílitum, vir æquándus vel præponéndus fratri unica laude moderatiónis et civilitátis, appellátus Augústus a Senátu est occísus séptimo décimo die impérii. 13. Post eum Aureliánus suscépit impérium, oriúndus Dáciâ Ripénsi, vir potens in bello, tamen immódici ánimi, et propensióris ad crudelitátem, quique vicit Gothos strenuíssimè. Revocávit Románum ditiónem ad prístinos fines váriâ felicitate bellórum: superávit Tétricum in Gálliâ apud Catalaúnos, Tétrico ipso prodénte suum exércitum; cujus assíduas seditiónes non pôteret ferre: quin étiam per occúltas líteras ita fùerat deprecátus Aureliánum, ut, inter ália, uterétur Virgiliáno versu: *Invícte éripe me his malis*: . . . . . Cepit Zenóbiam quoque, maríto Odenáto occíso, qui tenébat oriéntem, haud longè ab Antiochiâ, non fine gravi prælio: ingressúsque; Romam, egit nóbilem triúmphum, quasi recéptor Oriéntis Occidentísque; Tétrico et Zenóbia præcedéntibus currum: qui Tétricus quidem etiam postèa fuit corréctor Lucániæ, ac vixit diutíssimè privátus. Autem Zenóbia relíquit pósteros, qui adhuc manent Romæ. 14. Hoc imperánte, étiam Monetári rebellavérunt in urbe, vitiátis pecúniis, et interfécto Felicíssimo Rationáli; quos victos Aureliánus compéscuit,

nus

nus victos ultima crudelitate compescuit. Plurimos nobiles capite damnavit; sævus & sanguinarius, ac necessarius magis in quibusdam, quam in ullo amabilis Imperator: trux omni tempore, etiam filii fororis interfector: disciplinæ tamen militaris & morum dissolutorum magna ex parte corrector.

15. Urbem Romam muris firmioribus, cinxit: templum Soli ædificavit, in quo infinitum auri gemmarumque constituit. Provinciam Daciam, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, intermisit, vastato omni Illyrico & Mœsia, desperans eam posse retineri: abductosque Romanos ex urbibus & agris Daciæ in media Mœsia collocavit: et in dextera Danubii in mare fluentis, cum antea fuerat in læva. Occiditur servi sui fraude qui ad quosdam militares viros, amicos ipsius, nomina pertulit annotata, falso manum ejus imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere. Itaque ut præveniretur ab iisdem, interfectus est in itineris medio, quod inter Constantinopolin et Heracleam est, stratæ veteris: locus Cænophrurium appellatur: mors tamen ejus inulta non fuit. Meruit quoque inter Divos referri. Imperavit annos v. menses vi.

16. Tacitus post hunc suscepit imperium, vir egregie moratus, et Reipublicæ gerendæ idoneus: nihil tamen clarum potuit ostendere, intra vi mensem imperii morte præventus. Florianus, qui Tacito successerat, duobus mensibus, et diebus xx, in imperio fuit, neque quidquam dignum memoria egit.

17. Post

ORDO.

péscuit últimâ crudelitáte. Damnávit plúrimos nóbiles cápite; sævus et sanguinárius ac magis necessárius in quibúsdam, quàm amábilis imperátor in ullo *respectu*; trux omni témpore, étiam interféctor filii soróris, tamen corréctor militáris disciplinæ et dissolutórum morum ex magnâ parte. 15. Cinxit urbem Romam firmióribus muris: ædificávit templum Soli, in quo constítuit infinitum *pondus* auri gemmarúmque. Intermísit provínciam Dáciam, quam Trajánus fécerat ultra Danúbium, désperans eam posse retinéri, vastáto omni Illyrico, et Mœsiâ: collocavítque Romános abdúctos ex úrbibus et agris Dáciæ in médiâ Mœsiâ et in déxterà Danubii fluéntis in mare, cúm ánteà fúerit in lævâ. Occíditur fraude sui servi, qui imitátus ejus manum falsò, pértulit nómina annotáta ad quosdam militáres viros, ipsíus amícos, tanquam Aureliánus paráret occídere ipsos. Itaque ut prævenirétur ab iisdem, est interféctus in médio itíneris, quod est inter Constantinópolin et Heráclean véteris stratæ: locus appellátur Cænophrúrium: tamen ejus mors non fuit inúlta. Méruit quoque referri inter Divos. Imperávit quinque annos, *et* sex menses. 16. Post hunc Tácitus suscépit imperium, vir egrégiè morátus, et idóneus geréndæ reipúblicæ; tamen pótuit osténdere nihil clarum, prævéntus morte intra sextum mensem impérii. Floriánus, qui succéssérat Tácito, fuit in império duóbus ménsibus, et vigínti diébus, neque egit quidquam dignum

17. Post hunc Probus, vir illustris gloria militari, ad administrationem Reipublicæ accessit. Gallias à Barbaris occupatas ingenti præliorum felicitate restituit. Quosdam imperium usurpare conatos, scilicet Saturnium in Oriente, Proculum & Bonosum Agrippinæ, multis certaminibus oppressit. Vineas Gallos & Pannonios habere permisit: opere militari Almam montem apud Sirmium, & Aurem apud Mœsiam superiorem, vineis consevit, & provincialibus colendas dedit. Hic cum bella innumera gessisset, pace parta, dixit, brevi milites necessarios non futuros: vir acer, ac strenuus, justus, & qui Aurelianum æquaret gloria militari, morum tamen civilitate superaret. Interfectus est tamen Sirmii, tumultu militari, in turre ferrata. Imperavit annos sex, menses quatuor.

18. Post hunc Carus est factus Augustus, Narbonæ natus in Gallia, qui confestim Carinum & Numerianum filios Cæsares fecit, cum quibus regnavit duobus annis; sed dum bellum adversum Sarmatas gerit, nunciato Persarum tumultu, ad Orientem profectus, res contra Persas nobiles gessit: ipsos prælio fudit: Seleuciam & Ctesiphontem urbes nobilissimas cepit: & cum castra supra Tigridem haberet, ictu divini fulminis periit. Numerianus quoque filius ejus, quem secum ad Persas duxerat, adolescens egregiæ indolis, cum, oculorum dolore correptus, lecticula veheretur, impulsore Apro, qui socer

ORDO.

num memóriâ. 17. Post hunc Probus, vir, illústris militári, glóriâ, accéssit ad administratiónem reipúblicæ. Restítuit Gállias occupátas à Bárbaris ingénti felicitáte prælióram. Oppressit quosdam conátos usurpáre impérium multis certamínibus, scílicet Satúrnium in Oriénte, Próculum et Bonósum Agrippinæ. Permísit Gallos et Pannónios, habére vineas: consévit montem Almam apud Surmium, et *montem* Aúreum apud superiórem Mœsiam víneis, militári ópere, et dedit *hos montes* coléndos provinciálibus. Cùm hic gessísset innúmera bella, partâ pace, dixit, brevi *tempore* mílites non futúros necessários: vir acer, ac strénuus, justus, et qui æquáret Aureliánum militári glóriâ, tamen superáret *eum* civilitáte morum. Tamen est interféctus Sírmii militári tumúltu, in ferratâ turre. Imperávit sex annos, *et* quátuor menses. 18. Post hunc Carus est factus Augústus, natus Narbónæ in Gálliâ, qui conféstim fecit Carínum et Numerianum filios Cæsáres, cum quibus regnávit duóbus annis: sed dum gerit bellum, advérsum Sarmátas, tumúltu Pérsarum nuntiáto, profectus ad Oriéntem, gessit res centra nóbiles Persas: fudit ípsos prælio: cepit Seleuciam et Ctesiphontem, nobilíssimas urbes: et cùm habéret castra supra Tigridem, perívit ictu divíni fúlminis. Numeriánus quoque ejus filius, quem dúxerat secum ad Persas, adoléscens egrégiæ índolis, cùm corréptus dolóre oculórum, veherétur lecticulâ, est occísus per insídias, Apro impulsóre,

qui

cer ejus erat, per insidias occisus est; & cum dolo occultaretur ipsius mors, quo usque Aper invadere posset imperium, fœtore cadaveris prodita est. Milites enim, qui eum sequebantur, fœtore commoti, diductis lecticulæ palliis, post aliquot dies mortem ejus notam habere potuerunt.

19. Interea Carinus, quem Cæsarem in Parthos proficiscens Carus, in Illyrico, Gallia, Italia, reliquerat, omnibus se sceleribus coinquinavit: plurimos innoxios fictis criminibus occidit: matrimonia nobilia corrupit: condiscipulis quoque, qui eum in auditorio, vel levi fatigatione taxaverant, pernicioſus fuit. Ob quæ omnibus hominibus invisus, non multo post pœnas dedit. Nam de Perside victâ exercitus rediens, cum Carum Augustum fulmine, Numerianum Cæsarem insidiis perdidisset, Diocletianum Imperatorem creavit, Dalmatia oriundum, virum obscurissime natum, adeo ut à pleriſque scribæ filius, à nonnullis Anulini Senatoris libertinus fuisse credatur.

20. Is primâ militum concione juravit, Numerianum nullo suo dolo interfectum; & cum juxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat, constitisset, in conspectu exercitûs manu Diocletiani gladio percussus est. Postea Carinum, omni odio et detestatione viventem, apud Margum ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu suo quem fortiorem habebat, certe desertum inter Viminatium atque Aureum montem, ita rerum Romanorum potitus,

ORDO.

qui erat ejus socer; et cùm ipsius mors occultarétur dolo, usque quo Aper posset invádere impérium, est pródita fœtóre cadáveris. Enim milites, qui sequebántur eum, commóti fœtóre didúctis pálliis lecticulæ, post áliquot dies, potuérunt habére ejus mortem notam. 19. Intéreà Carínus, quem Carus proficíscens in Parthos reliquerat Cæsarem in Illyrico, Galliâ, *et* Itáliâ, coinquinávit se ómnibus scelériibus: occídit plúrimos innóxios fíctis crimínibus: corrúpit nobília matrimónia: fuit pernicióſus quoque *quondam* condiscípulis, qui *olim* taxáverant eum in auditório vel levi fatigatióne. Ob quæ invísus ómnibus homínibus, non multò pòst dedit *meritas* pœnas. Nam exércitus rédiens de victâ Pérside, cùm perdidísset Carum Augústum fulmine, *et* Numeriánum Cæsarem insídiis, creávit Diocletiánum imperatórem, oriúndum Dalmátiâ, virum natum obscuríssimè, ádeò ut credátur à pléríſque fuíſſi filius scribæ, à nonnúllis libertínus Anulíni Senatoris. 20. Is jurávit primâ concione mílitum, Numeriánum *fuisse* interféctum nullo suo dolo: et cum Aper, qui fécerat insídias Numeriáno, constitíſſet juxta eum, est percússus gládio in conspectu exércitûs manu Diocletiáni. Póſteà vicit Carínum, vivéntem omni ódio et detestatióne apud Margum, ingénti prælio, proditum ab suo exércitu, quem habébat fortiórem, certè desértum inter Viminátium atque montem Áureum. Ita potítus Romanórum rerum, cùm rusticáni concitavíſſent

potitus, cum tumultum ruſticani in Gallia concitaſſent, & factioni ſuæ Bacaudarum nomen imponerent, duces autem haberent Amandum et Ælianum, ad ſubigendos eos Maximianum Herculium Cæſarem miſit, qui levibus præliis agreſtes domuit, et partem Galliæ reformavit.

21. Poſt hæc tempora etiam Carauſius qui viliſſimè natus, in ſtrenuo militiæ ordine famam egregiam fuerat conſecutus, cum apud Bononiam per tractum Belgicæ et Armoricæ pacandum mare accepiſſet, quod Franci et Saxones infeſtabant multis Barbaris ſæpe captis, nec præda integra aut provincialibus reddita, aut Imperatoribus miſſa, cum ſuſpicio eſſe cœpiſſet conſulto ab eo admitti Barbaros, ut tranſeuntes cum præda exciperet, atque hâc ſe occaſione ditaret à Maximiano juſſus occidi, purpuram ſumpſit, et Britannias occupavit.

22. Ita cum per omnem orbem terrarum res turbatæ eſſent, & Carauſius in Britanniis rebellaret: Achilleus in Ægypto: Africam Quinquegentiani infeſtarent, Narſeus Orienti bellum inferret; Diocletianus Maximianum Herculium ex Cæſare fecit Auguſtum, Conſtantium et Maximianum Cæſares, quorum Conſtantius per filiam nepos Claudii traditur; Maximianus Galerius in Dacia haud longe Sardica natus. Atque ut eos etiam affinitate conjungeret, Conſtantius privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua poſtea ſex liberos Conſtantii fratres habuit: Galerius filiam Diocletiani Valeriam; ambo uxores, quas

ORDO.

citaviſſent tumúltum in Gálliâ, et impónerent nomen Bagaudárum ſuæ factióni, autem habérent Amándum et Ælianum duces, miſit Maximiánum Hercúlium Cæſarem ad ſubigéndos eos, qui dómuit agréſtes lévibus præliis, et reformávit partem Gálliæ. 21. Poſt hæc témpora étiam Caraúſius, qui natus viliſſimè, fúerat conſecutus egrégiam famam in ſtrénuo órdine militiæ, cùm apud Bonóniam accepíſſet mare pacándum per tractum Bélgicæ et Armoricæ, quod Franci et Saxónes infeſtábant, multis Bárbaris ſæpe captis, nec íntegrâ prædâ aut rédditâ Provinciálibus, aut miſsâ imperatóribus, cùm cœpíſſet eſſe ſuſpício, Bárbaros admítti ab eo conſúlto, ut excíperet *eos* tranſeúntes cum prædâ, atque ditáret ſe hâc conditióne, juſſus occídi a Maximiáno, ſumpſit purpuram, et occupávit Británnias. 22. Ita cùm res eſſent turbátæ per ómnem orbem terrárum, et Caraúſius rebellâret in Británniis: Achilleus in Ægypto: Quinquegentiáni infeſtárent Africam, Narſéus inferret bellum Oriénti: Diocletiánus fecit Maximiánum Hercúlium Augúſtum ex Cæſare, Conſtántium et Maximiánum Cæſáres, quorum Conſtántius traditur *fuíſſe* nepos Claúdii per filiam: Maximiánus Galérius *fuít* natus in Dáciâ haud longè Sárdicâ. Atque ut conjúngeret eos étiam affinitáte, Conſtántius accépit Theodóram privígnam Hercúlii, ex quâ póſtea hábuit ſex líberos fratrès Conſtantíni. Galérius *accépit* Valériam filiam Diocletiáni: ambo *érant* compúlſi répudiáre uxóres, quas habúerant. Tamen ad poſtrémum

quas habuerant, repudiare compulsi. Cum Carausio tamen, cum bella frustra tentata essent contra virum rei militaris peritissimum, ad postremum pax convenit. Eum post septennium Alectus socius ejus occidit, atque ipse post eum Britannias triennio tenuit: qui ducto Asclepiodoti Præfecti Prætorio est oppressus. Ita Britanniæ decimo anno receptæ.

23. Per idem tempus à Constantio Cæsare in Gallia pugnatum est, circa Lingones die una adversam & secundam fortunam expertus est: nam cum, repente Barbaris ingruentibus, intra civitatem esset coactus tam præcipiti necessitate, ut clausis portis, in murum funibus tolleretur; vix quinque horis mediis adventante exercitu, lx fere millia Alamannorum cecidit. Maximianus quoque Augustus bellum in Africa profligavit, domitis Quinquegentianis, et ad pacem redactis. Diocletianus obsessum Alexandriæ Achilleum viii fere mense superavit, eumque interfecit: victoriâ acerbè usus est, totam Ægyptum gravibus proscriptionibus cædibusque fœdavit. Ea tamen occatione ordinavit providè multa, & disposuit, quæ ad nostram ætatem manent.

24. Galerius Maximianus primo adversum prælium, exin secundum habuit inter Callinicum Carrasque congressus, cum inconsultè magis quam ignavè dimicasset; admodum enim parvâ manu cum copiosissimo hoste commisit. Pulsus igitur, & ad Diocletianum profectus, cum ei in itinere occurrisset, tanta insolentiâ fertur à Diocletiano exceptus, ut

ORDO.

mum pax convénit cùm Caraûsio, cum bella essent tentáta frustrâ contra virum peritíssimum militáris rei. Post septénnium Alectus ejus sócius occídit eum, atque ipse ténuit Británnias triénnio post eum, qui est oppressus ductu Asclepiodóti præfécti prætório. Ita Britanniæ *fuèrunt* recéptæ décimo anno. 23. Per idem tempus est pugnátum in Galliâ à Constántio Cæsare, circa Lingónes, *et* est expértus advérsam et secúndam fortúnam unâ die: nam cùm, repénte Bárbaris ingruéntibus, esset coáctus intra civitátem tam præcípiti necessitáte, ut, clausis portis, tollerétur in murum fúnibus; exércitu adventánte, vix quinque médiis horis, cecídit feré sexagínta míllia Alamannórum. Maximiánus Augustus quoque profligávit bellum in Africâ, dómitis Quinquegentiánis, et redáctis ad pacem. Diocletiánus superávit Achilleum obséssum Alexándriæ fere octavo mense, interfecítque eum: est usus victóriâ acérbè, et fædávit totam Ægyptum grávibus proscriptiónibus cædibúsque. Tamen eâ occasióne ordinávit et dispósuit multa próvidè, quæ manent ad nostram ætátem. 24. Galérius Maximiánus hábuit primò adversum prælium, exin secúndum, congréssus inter Callínicum Carrásque, cùm dimicavísset magis inconsúltè quàm ignavè; enim commísit cùm copiosíssimo hoste ádmodùm parvâ manu. Igitur pulsus, et profectus ad Diocletianum, cùm occurrísset ei in itinere, fertur *esse* excéptus a Diocletiáno tantâ insoléntiâ, ut tradátur purpurátus

ut per aliquot paſſuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurriſſe.

25. Mox tamen per Illyricum Mœſiamque contractis copiis, rurſus cum Narſeo Ormiſdæ & Saporis avo, in Armenia Majore pugnavit, ſucceſſu ingenti, nec minore conſilio, ſimulque fortitudine, quippe qui etiam ſpeculatoris munus cum altero ac tertio equite ſuſceperit. Pulſo Narſeo, caſtra ejus diripuit; uxores, ſorores, liberos ſuſcepit: infinitam extrinſecus Perſarum nobilitatem, gazam Perſicam copioſiſſimam, ipſum in ultimas regni ſolitudines coegit: quare à Diocletiano, in Meſopotamia cum præſidiis tum morante, ovans regreſſus ingenti honore ſuſceptus eſt. Varia deinceps & ſimul & viritim bella geſſerunt. Carpis & Baſternis ſubactis, Sarmatis victis: quarum nationum ingentes captivorum copias in Romanis finibus locaverunt.

26. Diocletianus moratus callidè fuit, ſagax præterea, & admodum ſubtilis ingenio, & qui ſeveritatem ſuam aliena invidia vellet explere; diligentiſſimus tamen & ſolertiſſimus princeps; et qui, in imperio Romano, primus regiæ conſuetudinis formam magis quam Romanæ libertatis, invexit, adorarique ſe juſſit, cum ante eum cuncti ſalutarentur: ornamenta gemmarum veſtibus calceamentiſque indidit. Nam prius imperii inſigne in chlamyde purpurea tantum erat: reliqua communia.

27. Herculius autem, propalam ferus, & incivilis ingenii, aſperitatem ſuam etiam vultûs horrore ſignificans;

ORDO.

purátus cucurríſſe ad *ejus* vehículum per áliquot millia páſſuum. 25. Tamen mox contráctis cópiis, per Illyricum, Mœſiámque, pugnávit rurſus cum Narſéo avo Ormíſdæ et Sapóris, in majóre Arméniâ, ingénti ſuccéſſu, nec minóre consílio, ſimúlque fortitúdine, quippe qui étiam ſuſcéperit manus ſpeculatóris cum áltero ac tértio équite. Narſéo pulſo, dirípuit ejus caſtra; ſuſcépit uxóres, ſoróres, *et* líberos; coégit infinítam nobilitátem Persárum extrínſecus, i. e. *prætérea*, copioſíſſimam Pérſicam gazam, *et* ipſum in últimas ſolitúdines regni; quare regréſſus ovans, eſt ſuſcéptus ingénti honóre a Diocletiano, tum moránte in Meſopotámiâ cum præsidiis. Deínceps geſsérunt vária bella et ſimul et viritim. Carpis et Baſtérnis ſubáctis, *et* Sarmátis victis; quarum natiónum locavérunt ingéntes cópias captivórum in Románis finibus. 26. Diocletiánus fuit callidè morátus, prætéreà ſagax, & ádmodúm ſubtílis ingénio, et qui vellet explére ſuam ſeveritátem aliénâ invídiâ; tamen diligentíſſimus et ſolertíſſimus princeps; et qui, in Romáño império, primus invéxit formam régiæ conſuetúdinis, magis quâ Romanæ Libertátis, juſsítque ſe adorári, cùm ante eum cuncti *imperatóres* ſalutaréntur *tantum*: índidit ornaménta gemmárum véſtibus calceamentíſque. Nam priùs insígne impérii erat tantùm in purpúreâ chlámyde: réliqua *erant* commúnia. 27. Autem Hercúlius *erat* ferus propálam, et incivílis ingénii, étiam ſignificáns ſuam aſperitátem horróre

ſignificans; hic, naturæ ſuæ indulgens, Diocletiano in omnibus eſt ſeverioribus conſiliis obſecutus. Cum tamen, ingraveſcente ævo, parum ſe idoneum Diocletianus moderando imperio eſſe ſentiret, auctor Herculio fuit, ut in privatam vitam concederent, & ſtationem tuendæ Reipublicæ viridioribus junioribuſque mandarent; cui ægrè collega obtemperavit: tamen uterque una die privato habitu imperii inſigne mutavit; Nicomediæ Diocletianus, Herculius Mediolani; poſt triumphum inclytum, quem Romæ ex numeroſis gentibus egerunt, pompa ferculorum illuſtri, qua Narſei conjuges ſororeſque & liberi ante currum ducti ſunt. Conceſſerunt autem, Salonas unus, alter in Lucaniam.

28. Diocletianus privatus in villa, quæ haud procul à Salonis eſt, præclaro otio ſenuit; inuſitata virtute uſus; ut ſolus omnium, poſt conditum Romanum imperium, ex tanto faſtigio ſponte ad privatæ vitæ ſtatum civilitatemque remearet. Contigit igitur ei, quod nulli poſt natos homines, ut, cum privatus obiſſet, inter Divos tamen referretur.

ORDO.

róre vultûs: hic, indúlgens ſuæ natúræ, eſt obſecútus Diocletiáno in ómnibus ſeverióribus consíliis. Tamen, cùm, ævo ingraveſcénte, Diocletiánus ſentíret ſe eſſe parùm idóneum moderándo império, fuit auctor Hercúlio, ut concéderent in privátam vitam, et mandárent ſtatiónem tuéndæ reipúblicæ viridióribus junioribúſque; cui Colléga ægré obtemperávit; tamen utérque, una die, mutávit insígne impérii privátо hábitu; Diocletiànus Nicomédiæ, *et* Hercúlius Mediolàni: poſt ínclytum triúmphum, quem egérunt Romæ ex numeróſis géntibus, illúſtri pompâ ferculórum, quâ cónjuges, ſororéſque, et líberi Nars ei ſunt ducti ante currum. Autem conceſsérunt, unus *in* Salónas, alter in Lucániam. 28. Diocletiánus ſenuit præcláro ótio privátus in villâ, quæ eſt haud procul a Salónis; uſus inuſitátâ virtúte; ut ſolus ómnium, poſt cónditum Románum impérium, remeárit ex tanto faſtígio ſponte ad ſtatum civilitatémque privátæ vitæ. Igitur cóntigit ei, quod *cóntigit* nulli poſt hómines natos, ut, cùm obiviſſet privátus, tamen referrétur inter Divos.

LIBER DECIMUS.

1. HIS igitur abeuntibus, ad administrationem Reipublicæ Constantius et Galerius Augusti creati sunt; divisusque inter eos Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam, Constantius; Illyricum, Asiam, Orientem Galerius obtineret, sumptis duobus Cæsaribus. Constantius tamen, contentus dignitate Augusti, Italiæ atque Africæ administrandæ solicitudinem recusavit: vir egregius et præstantissimæ civilitatis: divinis provincialium ac privatorum studiis, fisci commoda non admodum affectans: ducensque melius, publicas opes à privatis haberi quam inter unum claustrum reservari: adeo autem cultûs modici, ut feriatis diebus, si cum amicis numerosioribus esset epulandum, privatorum eis argento ostiatim petito triclinia sternerentur: Hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit: præcipue quod Diocletiani suspectam prudentiam, & Maximiani sanguinariam temeritam imperio, ejus evaserant. Obiit in Britannia, Eboraci, principatus anno tertio decimo, atque inter Divos relatus est.

2. Galerius, vir & probe moratus, et egregius in re militari, cum Italiam quoque, sinente Constantio, administrationi suæ accessisse

ORDO.

1. Igitur his abeúntibus, Constántius et Galérius sunt creáti Augusti ad administratiónem reipúblicæ; Romanúsque orbis *est* divísus inter eos, ut Constántius obtinéret Gálliam, Itáliam, *et* Africam; Galérius *obtinéret* Illyricum, Asiam, Oriéntem; sumptis duóbus Cæsáribus. Tamen Constántius, conténtus dignitáte Augústi, recusávit solicitúdinem administrándæ Itáliæ atque Africæ: vir egrégius et præstantíssimæ civilitátis: *beátus* divínis stúdiis provinciálium ac privatórum, non ádmodúm affectans cómmoda fisci: ducénsque *esse* mélius, públicas opes habéri a privátis quàm reservári intra unum claustrum: autem *vir* ádeò módici cultûs, ut feriátis diébus, si esset epulándum cum numerosióribus amícis, triclínia sterneréntur eis argénto privatórum petito ostiátim: Hic fuit non modo amábilis, sed étiam venerábilis Gallis; præcipuè quod ejus império evásserant suspéctam prudéntiam Diocletiáni, et sanguináriam temeritátem Maximini. Obívit in Británniâ, Eboráci, tértio décimo anno principátûs, atque est relátus inter Divos. 2. Gálerius, vir et probè morátus, et egrégius in militári re, cùm sentíret Itáliam quoque accessísse

suæ

acceſſiſſe ſentiret Cæſares duos creavit. Verum Conſtantio mortuo, Conſtantinus, ex obſcuriore matrimonio ejus filius, in Britannia creatus eſt Imperator, et in locum patris exoptatiſſimus moderator acceſſit. Romæ interea Prætoriani, excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui haud procul ab urbe in Villa publica morabatur, Auguſtum nuncupaverunt; quo nuncio Maximianus Herculius ad ſpem erectus reſumendi faſtigii, quod invitus amiſerat, Romam advolavitè Lucania, quam ſedem privatus elegerat, in agris amœniſſimis conſeneſcens; Diocletianumque per literas adhortatus eſt, ut depoſitam reſumeret poteſtatem, quas ille irritas habuit; ſed adverſum motum Prætorianorum atque Maxentii Severus Cæſar Romam miſſus à Galerio, cum exercitu venit; obſidenſque urbem militum ſuorum ſcelere deſertus eſt.

3. Auctæ Maxentio opes, confirmatumque imperium. Severus fugiens Ravennæ interfectus eſt. Herculius tamen Maximianus, poſt hæc, in concione exercitûs filium Maxentium denudare conatus, ſeditionem et convicia militum tulit. Inde ad Gallias profectus eſt, dolo compoſito, tanquam à filio eſſet expulſus, ut Conſtantino genero jungeretur: moliens tamen Conſtantinum, repertâ occaſione, interficere, qui in Galliis & militum & provincialium ingenti jam favore regnabat, cæſis Francis atque Alamannis, captiſque eorum regibus: quos etiam beſtiis, cum magnificum ſpectaculum munerisparaſſet, objecit. Detectis igitur

ORDO.

ſuæ adminiſtratióni, Conſtántio ſinénte, creávit duos Cæſares. Verúm Conſtántio mórtuo, Conſtantínus, ejus filius ex obſcurióre matrimónio, eſt creátus imperátor in Británniâ, et accéſſit exoptatíſſimus moderátor in locum patris. Intéreà Romæ prætoriáni, excitáto tumúltu, nuncupavérunt Maxéntium Augúſtum, filium Hercúlii, qui morabátur haud procul ab urbe in públicâ villâ; quo núncio Maximiánus Hercúlius eréctus ad ſpem reſuméndi faſtígii, quod invítus amíſerit, ádvolávit Romam è Lucániâ, quam ſedem privátus elégerat, conſenéſcens in amœníſſimis agris: eſtque adhortátus Diocletiánum per líteras, ut reſúmeret depóſitam poteſtátem, quas *líteras* ille hábuit írritas: ſed Severus Cæſar miſſus Romam à Galério advérſum motum prætorianórum atque Maxéntii, venit cum exércitu, obſidénſque urbem eſt deſértus ſcélere ſuórum militum. 3. Opes *ſunt* auctæ Maxéntio, imperiúmque confirmátum. Sevérus fúgiens eſt interféctus Ravénnæ. Tamen Hercúlius Maximiánus, poſt hæc, conátus denudáre Maxéntium filium in concióne exércitus, tulit ſeditiónem, et convícia mílitum. Inde eſt profféctus ad Gallias, dolo compósito, tanquam eſſet expulſus à filio ut jungerétur Conſtantíno género: tamen moliens interfícere Conſtantínum, occaſióne repértâ, qui jam regnábat in Gálliis ingénti favóre et mílitum et provinciálium, cæſis Francis atque Alamánnis, captíſque eórum régibus: quos étiam objécit béſtiis, cùm paravíſſet magnífi-

cum

igitur insidiis per Faustam filiam, quæ dolum viro enuntiaverat, profugit Herculius Massiliam, ibique oppressus: ex ea etenim navigare ad filium præparabat, pœnas dedit justissimo exitu; vir ad omnem asperitatem sævitiamque proclivis, infidus, incommodus, civilitatis penitùs expers.

4. Per hoc tempus Licinius a Galerio Imperator est factus, Dacia oriundus, notus ei antiquâ consuetudine, et in bello, quod adversus Narseum gesserat, strenuis laboribus & officiis acceptus: mors Galerii confestim secuta est. Respublica tum ab his quatuor Imperatoribus tenebatur, Constantino et Maxentio, filiis Augustorum, Licinio & Maximino novis hominibus. Quinto tamen Constantinus imperii sui anno, bellum adversum Maxentium civile commovit, copias ejus multis præliis fudit, ipsum postremo Romæ adversus nobiles omnibus exitiis sævientem, apud pontem Milvium vicit, Italiaque est potitus. Non multo post deinceps in Oriente quoque adversus Licinium Maximinus res novas molitus, vicinum exitium fortuita apud Tarsum morte prævenit.

5. Constantinus tamen, vir ingens, & omnia efficere nitens, quæ animo præparasset, simul principatum totius orbis affectans, Licinio bellum intulit; quamvis necessitudo illi et affinitas cum eo esset; nam soror ejus Constantia nupta Licinio erat, ac primò eum in Pannonia, secundò ingenti apparatu bellum apud Cibalas instruentem, repentinus

ORDO.

eum spectáculum múneris. Igitur detéctis insídiis per filiam Faustam quæ enunciáverat dolum *suo* viro, Hercúlius prófugit Massíliam, ibíque *est* oppréssus: étenim præparábat navigáre ex eâ ad filium, *sed* dedit pœnas justíssimo éxitu; vir proclívis ad omnem asperitátem sævitiámque, infidus, incommodus *et* péntius expers civilitátis. 4. Per hoc tempus Licínius est factus Imperátor à Galério, oriúndus Dáciâ, notus ei antíquâ consuetúdine, et in bello, quod géssérat advérsus Narséum, acceptus strénuis labóribus et officiis. Conféstim mors Galerii est secúta. Tum respública tenebátur ab his quátuor imperatóribus, Constantíno et Maxéntio, filiis Augustórum, Licínio et Maximíno novis homínibus. Tamen Constantínus, quinto anno sui impérii, commóvit civile bellum advérsum Maxéntium, fudit ejus cópias multis præliis, postrémò vicit ipsum sæviéntem omnibus exítiis Romæ advérsus nóbiles, estque potítus Itáliâ. Deinceps non multò post Maximínus molítus novas res in Oriénte quoque advérsus Licínium, prævénit vicínum exítium fortúitâ morte apud Tarsum. 5. Tamen Constantínus, ingens vir, et nitens efficere ómnia, quæ præparavísset ánimo, simul affectans principátum totíus orbis íntulit bellum Licínio; quamvis esset illi necessitúdo et affínitas cum eo: nam ejus soror Constántia erat nupta Licínio, ac repentínus oppréssit eum primò in Pannoniâ, secúndò instruéntem bellum ingénti apparátu apud Cibalas: potitúsque omni

Dardaniâ

tinus oppreſſit: omnique Dardania, Mœſiâ, Macedonia potitus, numeroſas provincias occupavit.

6. Varia deinceps inter eos bella, et pax reconciliata ruptaque eſt: poſtremo Licinius navali & terreſtri prælio victus apud Nicomediam, ſe dedidit, et contra religionem ſacramenti Theſſalonicæ privatus occiſus. Eo tempore res Romana ſub uno Auguſto & tribus Cæſaribus (quod nunquam alias) fuit; cum liberi Conſtantini Galliæ, Orienti Italiæque præeſſent. Verum inſolentia rerum ſecundarum aliquantum Conſtantinum ex illâ favorabili animi docilitate mutavit. Primum neceſſitudines perſecutus, egregium virum, & ſororis filium, commodæ indolis juvenem interfecit, mox uxorem, poſt numeroſos amicos.

7. Vir primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis comparandus. Innumeræ in eo animi corporiſque virtutes claruerunt; militaris gloriæ appetentiſſimus, fortuna in bellis proſpera fuit; verum ita, ut non ſuperaret induſtriam. Nam etiam Gothos poſt civile bellum variè profligavit, pace his ad poſtremùm datâ; ingentemque apud Barbaras gentes memoriam gratiæ collocavit. Civilibus artibus & liberalibus ſtudiis deditus: affectator juſti amoris, quem omnino ſibi & liberalitate & docilitate quæſivit; ſicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius: nihil occaſionem prætermittens, quo opulentiores eos clarioreſque præſtaret.

8. Multas leges rogavit; quaſdam ex bono & æquo, pleraſque ſuperfluas, nonnullas ſeveras, primuſque

ORDO.

Dardániâ, Mœſiâ *et* Macedóniâ occupávit numeróſas provincias. 6. Deínceps *erant* vária bella inter eos, et pax eſt reconciliáta ruptáque: poſtrémò Lícínius, victus naváli et terréſtri prælio apud Nicomédiam dédidit ſe, et contra religiónem ſacraménti privátus *dignitate*, eſt occíſus Theſſalónicæ. Eo témpore Romána res fuit ſub uno Augúſto, et tribus Cæsáribus (quod nunquam *cóntigit* áliás; cùm líberi Conſtantíni præeſſent Gálliæ, Oriénti, Italiæque. Verùm inſoléntia ſecundárum rerum mutávit Conſtantínum aliquántum ex illâ favorábili docilítate ánimi. Primùm perſecútus neceſſitúdines, interfécit egrégium virum, et filium ſoróris, júvenem cómmodæ índolis, mox uxorem poſt numeróſos amícos. 7. *Fuit* vir primo témpore impérii comparándus óptimis príncípibus, último médiis. Innúmeræ virtútes ánimi corporíſque claruérunt in eo: fuit appetentíſſimus militáris gloriæ, *et* próſperá fortúnâ in bellis; verùm ita, ut non ſuperáret indúſtriam. Nam étiam profligávit Gothos varié poſt civile bellum, data pace his ad poſtrémum; collocavítque ingéntem memóriam grátiæ apud Bárbaras gentes. *Fuit* déditus civilibus ártibus et liberalibus ſtúdiis; affectator juſti amóris, quem quæsívit ſibi omnínò et liberalitáte et docilitáte; ſicut dúbius in nonnúllos amícos, ita egrégius in réliquos: prætermíttens nihil occaſiónum, quo præſtaret eos opulentióres clarioréſque. 8. Rogávit multas leges; quaſdam

musque urbem nominis sui ad tantum fastigium evehere molitus est, ut Romæ æmulum faceret. Bellum adversum Parthos móliens, qui jam Mesopotamiam fatigabant, uno & trigesimo anno imperii, ætatis sexto & sexagesimo, Nicomediæ in villa publica obiit. Denunciata morte ejus etiam per crinitam stellam, quæ, inusitatæ magnitudinis, aliquamdiu fulsit; eam Græci *Cometen* vocant; atque inter Divos meruit referri.

9. Successores filios tres reliquit, atque unum fratis filium. Verum Dalmatius Cæsar prosperrima indole neque patruo absimilis, haud multo post, oppressus est factione militari, & Constantio patruele suo sinente potius quam jubente. Constantinum porro, fratri bellum inferentem, & apud Aquileiam inconsultiù prælium aggressum, Constanti duces interemerunt; ita respublica ad duos Augustos redacta. Constantis imperium strenuum aliquandiu & justum fuit; mox cum et valetudine improspera, & amicis prævioribus, uteretur, ad gravia vitia conversus, cum intolerabilis provincialibus, militibus injucundus esset, factione Magnentii occisus est. Obiit autem non longe ab Hispaniis, in castro, cui Helenæ nomen est, anno imperii xvii, ætatis trigesimo: rebus tamen plurimis strenuè militâ gestis, exercituique per omne vitæ tempus sine gravi crudelitate terribilis.

10. Diversa Constantii fortuna fuit; á Persis enim multa & gravia perpessus, sæpe captis oppidis, obsessis urbibus, cæsis exercitibus,

ORDO.

quasdam ex bono et æquo, pleràsque supérfluas nonnúllas sevéras; primúsque est molítus evéhere urbem sui nominis ad tantum fastígium ut fáceret *eam* æmulam Romæ. Móliens bellum advérsum Parthos, qui jam fatigábant Mesapotámiam, uno et trigésimo anno impérii, et sexagèsimo sexto ætátis, obívit in públicâ villâ Nicomédiæ. Ejus morte étiam denunciátâ per crinítam stellam, quæ, inusitátæ magnitúdinis, fulsit aliquámdiu; Græci vocant eam *stellam* Cométen; atque méruit referri inter Divos. 9. Relíquit tres filios succesóres, atque unum filium fratris. Verúm Dalmátius Cæsar, *vir* prospérrimâ índole, neque absímilis pátruo, haud multò post, est oppréssus militári factióne, et Constántio suo patruéle pótiùs sinénte quam jubénte. Porro duces Constántis interemérunt Constantínum, inferéntem bellum fratri, et aggréssum prælium inconsúltiùs apud Aquiléiam; ita respública *est* redácta ad duos Augustos. Impérium Constántis fuit strénuum aliquándiu et justum; mox cùm uterétur imprósspera valetúdine et pravióribus amícis, convérsus ad grávia vítia, cùm esset intolerábilis provinciálibus, *et* injucúndus milítibus, est occísus factióne Magnéntii. Autem obívit non longè ab Hispániis, in castro, cui est nomen Helénæ, séptimo-décimo anno impérii, *et* trigésimo ætatis: tamen gestis plúrimis rebus militiâ strénuè, *fuerat* que terríbilis exercítui per omne tempus vitæ sine gravi crudelitáte. 10. Fortúna Constántii fuit divérsa, *erat* enim perpéssus

multa

ercitibus, nullumque ei contra Saporem prosperum prælium fuit; nisi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose & stolidè contra rationem belli, die jam præcipiti, popoſcerunt. Post Constantis necem, Magnentio Italiam, Africam, Gallias obtinente; etiam Illyricum res novas habuit, Veteranione ad imperium consensu militum electo: quem grandævum jam, & cunctis amabilem diuturnitate & felicitate militiæ, ad tuendum Illyricum principem creaverunt: virum probum, & morum veterum, ac jucundæ civilitatis, sed omnium liberalium artium expertem, adeo ut ne elementa quidem prima literarum, nisi grandævus, & jam imperator, acceperit.

11. Sed à Constantio, qui ad ultionem fraternæ necis bellum civile commoverat, abrogatum est Veteranioni imperium; qui novo inusitatoque more, consensu militum deponere insigne compulsus est. Romæ quoque tumultus fuit, Nepotiano, Constantini sororis filio, per gladiatoriam manum imperium invadente; qui sævis exordiis dignum exitum nactus est; vigesimo enim atque octavo die à Magnentianis ducibus oppressus, pœnas dedit: caputque ejus pilo per urbem circumlatum est: grviſſimæ proscriptiones & nobilium cædes fuerunt.

12. Non multo post, Magnentius apud Mursiam profligatus acie est, ac pæne captus: ingentes Romani imperii vires eâ dimicatione consumptæ sunt, ad quælibet

ORDO.

multa et grávia a Persis, óppidis sæpe captis, úrbibus obsessis, *et* exercitibus cæsis, nullúmque prælium fuit prósperum ei contra Sapórem; nisi quòd apud Singáram amísit haud dúbiam victóriam ferócià mílitum, quí popóscerunt pugnam seditióse et stólidè contra ratiónem belli, die jam præcípiti. Post necem Constántis, Magnéntio obtinénte Itáliàm, Africam, *et* Gallias, étiam Illyricum hábuit novas res, Veteranióne eléćto ad impérium consensu mílitum: quem jam grandævum, et amábilem cunctís diuturnitáte et felicitáte milítiæ, creavérunt príncipem ad tuéndum Illyricum; probum virum, et vêterum morum, ac jucúndæ civilitátis, sed expértem ómnium liberálium ártium, ádeò ut accéperit ne quidem prima elémenta literárum, nisi grandævus, et jam imperátor. 11. Sed impérium est abrogátum Veteranióni à Constántio, qui commóverat civíle bellum ad ultiónem fratérnæ necis; qui est compúlsus, novo inusitatóque more, deponere insígne consénsu mìlitum. Fuit tumúltus Romæ quoque, Nepotiáno, filio soróris Constantíni, invadénte impérium per gladiatóriam manum: qui est nactus éxitum dignum sævis exórdiis; enim vigésimo atque octávo die oppréssus a Magnentiánis dúcibus, dedit pœnas: ejúsque caput est circumlátum pilo per urbem: fuérunt gravíssimæ proscriptiónes et cædes nobílium. 12. Non multó post, Magnéntius est profligatus ácie apud Múrsiam, ac penè captus: ingèntes vires Románi impérii sunt consúmptæ eâ dimicatióne,

quælibet bella externa idoneæ, quæ multum triumphorum poſſent ſecuritatiſque conferre. Orienti mox à Conſtantio Cæſar eſt datus patrui filius Gallus: Magnentiuſque, diverſis prœliis victus, vim vitæ ſuæ apud Lugdunum attulit, imperii anno tertio, menſe ſeptimo: frater quoque ejus Senonis, quem ad tuendas Gallias Cæſarem miſerat.

13. Per hæc tempora etiam à Conſtantio multis incivilibus geſtis, Gallus Cæſar occiſus eſt: vir naturâ ferus, et ad tyrannidem pronior, ſi ſuo jure imperare licuiſſet. Sylvanus quoque in Gallia res novas molitus, ante diem trigeſimum extinctus eſt.

14. Solus in imperio Romano eo tempore Conſtantius Princeps & Auguſtus fuit. Mox Julianum Cæſarem ad Gallias miſit, patruelem ſuum, Galli fratrem, traditâ ei in matrimonium ſorore; cum multa oppida Barbari expugnaſſent, alia obſiderent, ubique fœda vaſtitas eſſet, Romanumque imperium non dubia jam calamitate nutaret, modicis copiis apud Argentoratum Galliæ urbem ingentes Alamannorum copiæ ab illo extinctæ ſunt; rex nobiliſſimus captus, Galliæ reſtitutæ; multa poſtea per eundem Julianum egregie adverſum Barbaros geſta ſunt; ſummotique ultra Rhenum Germani, & finibus ſuis Romanum imperium reſtitutum.

15. Neque multo poſt, cum Germanici jam exercitus à Galliarum præſidio tollerentur, conſenſu militum Julianus factus Auguſtus eſt: interjectoque anno, ad Illyricum obtinendum profectus

ORDO.

idóneæ ad quælibet extérna bella, *et* quæ poſſent conférre multum triumphórum ſecuritatíſque. Mox Gallus, filius pátrui, eſt datus Cæſar Oriénti a Conſtántio: Magnentiúſque, victus divérſis prœliis, áttulit vim ſuæ vitæ apud Lugdúnum, tértio anno, *et* ſèptimo menſe impérii: ejus frater, quem míſerat Cæſarem ad tuéndas Gállias, *occídit ſe* quoque Senónis. 13. Per hæc témpora étiam, geſtis multis incivílibus, Gallus Cæſar eſt occíſus: vir ferus natúra, et prónior ad tyránnidem, ſi licuíſſet imperáre ſuo jure. Sylvánus quoque molitus novas res in Gàlliá, eſt extínctus ante trigéſimum diem. 14. Conſtántius ſolus fuit Princeps et Augúſtus in Románo Império eo témpore. Mox míſit Juliánum Cæſarem ad Gállias ſuum pátruélem, fratrem Galli, ſoróre trádita ei in matrimónium; cùm Barbari expugnavíſſent multa óppida, obſidérent ália, ubíque eſſet fœda váſtitas, Romanúmque impérium jam nutáret non dúbiâ calamitáte, ingéntes cópiæ Alamannórum ſunt abeo extínctæ módicis cópiis apud Argentorátum urbem Gálliæ; nobiliſſimus rex captus, *et* Gálliæ reſtitútæ; póſteà multa ſunt geſta egrégiè per eúndem Juliánum advérſum Bárbaros: Germaníque ſummóti ultra Rhenum, et Románum impérium reſtitútum fuit ſuis finibus. 15. Neque multó poſt, cúm jam Germánici exércitus tollerèntúr a præſídio Galliárum, Juliánus eſt factus Augúſtus conſénſu mílitum: annóque interjécto, eſt profectus ad obtinéndum Illyricum, Conſtántio occupáto Parthicis bellis: quibus rebus

fectus est, Constantio Parthicis bellis occupato: quibus rebus cognitis, ad bellum civile conversus, in itinere obiit, inter Ciliciam Cappadociamque, anno imperii octavo & xxx, ætatis quinto & xl. meruitque inter Divos referri: vir egregiæ tranquillitatis, placidus, nimis amicis et familiaribus credens, mox etiam uxoribus deditior: qui tamen primis imperii annis ingenti se modestiâ egerit: familiarium etiam locupletator; neque inhonoros sinens, quorum laboriosa expertus fuisset officia, ad severitatem tamen propensior, si suspicio imperii moveretur, mitis alias, & cujus in civilibus magis, quam in externis bellis sit laudanda fortuna.

16. Hinc Julianus rerum potitus est, ingentique apparatu Parthis intulit bellum; cui expeditioni ego quoque interfui. Aliquot oppida & castella Persarum in deditionem accepit, vel vi oppugnavit, Assyriamque populatus castra apud Ctesiphontem stativa aliquamdiu habuit: remeansque victor, dum se inconsultiùs præliis inserit, hostili manu interfectus est, sexto Kalendas Julias, imperii anno septimo, ætatis altero et trigesimo: atque inter Divos relatus est: vir egregius, & Rempublicam insigniter moderaturus, si per fata licuisset: liberalibus disciplinis apprime eruditus, Græcis doctior, atque adeo ut Latinæ eruditioni nequaquam cum Græca scientia conveniret: facundia ingenti, promptæ memoriæ et tenacissimæ: in quibusdam Philosopho propior: in amicos liberalis:

ORDO.

bus cognitis, convérsus ad civile bellum, obívit in itinere, inter Ciliciam Cappadociámque, trigesimo et octávo anno impérii, et quadragésimo quinto ætátis; meruítque referri inter Divos: vir egrégiæ tranquillitátis, plácidus, nimis credens amícis et familiáribus mox étiam dedítior uxóribus: qui tamen égerit se ingénti modéstiâ primis annis impérii: étiam locuplétátor familiárium: neque sinens *eos esse* inhonóros, quorum laboriósa officia fuísset expértus: tamen propénsior ad severitátem, si suspício impérii moverétur, áliàs mitis, et cujus fortúna sit laudánda magis in civílibús, quam in extérnis bellis. 16. Hinc Juliánus est potitus rerum, intulítque bellum Parthis ingénti apparátu; cui expeditióni ego intérfui quoque. Accépit áliquot óppida et castélla Persarum in deditionem, vel oppugnávit *ea* vi. Populatúsque Assyriam, aliquámdiu hábuit státiva castra apud Ctesiphóntem: remeánsque victor, dum inconsúltiùs ínserit se prœliis, est interféctus hostíli manu, sexto, *ante* Kalèndas Júlias, séptimo anno impérii, trigésimo et áltero ætátis: atque est relátus inter Divos; egrégius vir, et moderatúrus rempùblicam insígniter, si licuísset per fata: apprimè erudítus liberálibus disciplínis, dóctior Græcis *Literis*, atque ádeo ut nequáquam conveníret Latinæ eruditióni cum Græca sciéntia: ingénti facúndiâ, promptæ et tenacíssimæ memóriæ: in quibúsdam própior Philósopho; liberális in amícos; sed minùs díligens quàm décuit tantum Príncipem; enim fuérunt

ralis: ſed minus diligens quàm tantum Principem decuit: fuerunt enim nonnulli, qui vulnera gloriæ ejus inferrent: in provinciales juſtiſſimus: & tributorum, quatenus ferri poſſet, oppreſſor: civilis in cunctos: mediocrem habens ærarii curam: gloriæ avidus, ac per eam animi plerumque immodici, nimius religionis Chriſtianæ inſectator, perinde tamen ut cruore abſtineret: Marco Antonino non abſimilis; quem etiam æmulari ſtudebat.

17. Poſt hunc Jovianus, qui tunc domeſticus militabat, ad obtinendum imperium conſenſu exercitûs electus eſt, commendatione patris quam ſuâ militibus notior, qui, jam turbatis rebus, exercitu quoque inopia laborante, uno à Perſis atque altero prælio victus, pacem cum Sapore, neceſſariam quidem, ſed ignobilem fecit, mulctatus finibus, ac nonnulla imperii Romani tradita; quod ante eum annis mille centum & duobus de viginti fere, ex quo Romanum imperium conditum erat, nunquam accidit. Quinetiam legiones noſtræ ita & apud Claudium per Pontium Teleſinum, ita & in Hiſpania apud Numantiam, & in Numidia ſub jugum miſſæ ſunt, ut nihil tamen finium traderetur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, ſi fœderis neceſſitatem, cum integrum fuit, mutare voluiſſet: ſicut a Romanis omnibus his bellis, quæ commemoravi, factum eſt. Nam & Samnitibus, & Numantinis, & Numidis, confeſtim bella illata ſunt: neque pax rata fuit. Sed dum æmulum imperii veretur, intra

ORDO.

fuérunt nonnùlli, qui inferrent vùlnera ejus glóriæ: juſtíſſimus ín provinciàles: et oppréſſor tributórum, quátenus poſſet ferri: civílis in cunctos: habens mediócrem curam ærárii: ávidus glóriæ, ac per eam plerùmque immódici ánimi; nimius inſectátor Chriſtiánæ Religióni; tamen perínde ut abſtinéret a cruóre: non absímilis Marco Antoníno; quem étiam ſtudébat æmulàri. 17. Poſt hunc Joviánus, qui tunc doméſticus militábat, eſt eléctus ad obtinéndum impérium conſénſu exércitûs, nótior milítibus commendatióne patris quàm ſuâ, qui, jam rebus turbátis, exèrcitu quoque laboránte inòpiâ, victus a Perſis uno et áltero prælio, fecit pacem cum Sapòre, neceſſàriam quidem, ſed ignóbilem, mulctátus finibus, ac nonnúlla Románi impérii *ſunt* trádita: quod nunquam áccidit ante eum feré mille centum et duóbus de vigínti annis, ex quo *témpore* Románum impérium erat cónditum. Quinétiam noſtræ legiónes ſunt ita miſſæ ſub jugum, et apud Claúdium per Póntium Telesínum, et ita in Hiſpániâ apud Numántiam, et in Numídiâ, tamen ut nihil finium traderétur. Ea condítio pacis non foret pénitus reprehendénda, ſi voluíſſet mutáre neceſſitátem fœderis, cúm fuit íntegrum, ſicut eſt factum a Románis ómnibus his bellis, quæ commemorávi. Nam confeſtim bella ſunt illáta et Samnítibus et Numantínis et Numídis: neque pax fuit rata. Sed dum verétur æmulum impérii, réſidens intra

intra Orientem reſidens, gloriæ parum conſuluit. Itaque iter ingreſſus, atque Illyricum petens, in Galatiæ finibus repentina morte obiit: vir alias neque iners neque imprudens.

18. Multi exanimatum opinantur nimia cruditate: inter cœnandum enim epulis indulſerat: alii, odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis grave quieſcentibus erat: quidam, nimietate prunarum, quas gravi frigore adoleri multas juſſerat. Deceſſit imperii menſe ſeptimo, quarto-decimo Kalendas Martias; ætatis, ut qui plurimum ac minimum tradunt, tertio & trigeſimo anno; ac benignitate Principum, qui ei ſucceſſerunt, inter Divos relatus eſt. Nam & civilitati propior, & natura admodum liberalis fuit. Is ſtatus erat Romanæ rei, Joviano eodum et Varroniano Conſulibus, anno urbis conditæ milleſimo centeſimo & nono-decimo. Quia autem ad inclytos Principes venerandoſque perventum eſt, interim operi modum dabimus. Nam reliqua ſtylo majore dicenda ſunt: quæ nunc non tam prætermittimus, quam ad majorem ſcribendi diligentiam reſervamus.

ORDO.

intra Oriéntem, parum conſúluit glóriæ. Itaque ingréſſus inter, atque petens Illyricum, obívit repentínâ mórte in finibus Galátiæ: vir áliàs neque iners neque imprúdens. 18. Multi opinántur *eum fuiſſe* exanimátum nimiâ cruditáte: enim *nimis* indúlſerat épulis ínter cœnándum: álii, odóre cubículi, quod erat grave quieſcéntibus ex recénti tectório calcis: quidam, nimietáte prunárum, quas multas júſſerat adoléri gravi frígore. Decéſſit ſéptimo menſe impérii, quarto décimo Kaléndas Mártis: *et*, ut *prætéream eos* qui tradunt plúrimum ac mínimum, tértio et trigéſimo anno ætátis: ac eſt relátus inter Divos, benignitáte Príncipium, qui ſucceſſérunt ei. Nam fuit et própior civilitáti, et natúrâ ádmodum liberális. Is erat ſtatus Románæ rei, eódem Joviáno et Varroniáno Conſúlibus, anno urbis cónditæ milléſimo contéſimo nono-décimo. Autem quia eſt pervéntum ad ínclytos venerandóſque Príncipes, interim dábimus modum óperi. Nam réliqua ſunt dicénda majóre ſtylo: quæ nunc non tam prætermíttimus, quam reſervámus ad majórem diligéntiam ſcribéndi.

GEOGRAPHICAL

INDEX.

A

ACHAIA, the whole Country of Greece; it was firſt called Danæ; whence the Greeks are called Danai; it containeth Attica, Bœotia, Megaris, Ætolia, and Phocis. Alſo a part of Greece environed by the ſea, except on the North-ſide; the head city whereof was Corinth, viz. Peloponneſus, now called the Morea.

Actium, a Town of Epirus, called alſo Nicopolis, built by Auguſtus, in memory of his naval victory againſt Marcus Antonius and Cleopatra.

Ægyptus, the Country of Ægypt, was part in Aſia, and part in Africa, divided into two, the Lower Delta, and Higher Thebais: famous for the invention of arts, as phyſick, aſtronomy, huſbandry, building, natural magic, and other myſterious ſciences; inſomuch that ſeveral learned men of Greece, as Pythagoras, Plato, and others, travelled thither for knowledge. How rich it had been formerly, the vaſt pyramids and other famous monuments yet remaining are a ſufficient proof. The people were much given to groſs idolatry, worſhipping not only the ſun, moon, and ſtars, but beaſts, fowls, monſters, and even inanimate things, as onions, garlick, &c. The country is hot, and ſeldom refreſhed with rain; but the river Nile once a year overflows it, and makes the ſoil ſo fruitful, that it had been formerly ſtiled the granary of the world. The poets ſay, that the very ſlime of the river breeds living creatures. Ægypt is bounded on the Eaſt by the Red Sea, on the Weſt by the Cyrene, on the North by the Mediterranean, and South by Æthiopia.

Ætolia, a Country of Achaia in Greece; bordering upon Epirus, Acarnania and Locris. 'Twas of old called Hyantus. The inhabitants were reckoned the moſt wicked people of Greece.

Africa, called alſo by the Greeks Lybia, was one of the three diviſions of the world. Mela bounds it on the Eaſt by the Nile. The other boundaries were the ſame by the antients as by the moderns: It is bounded by the ſea on all ſides, except on that of Aſia, to which it is joined by the Iſthmus of Suez in Ægypt, about 90 miles broad. The antients knew nothing of it

but

